Ad 5ᵐ ¶ Ad quintū negatur aūcedēs cum dr̄ ꝙ nihil in augmētatione augeť.Et ad ꝓbationē dico:ꝙ pars que fuit bene augetur.⁊ ideo negať ꝙ nō fiat maior q̄ ante. imo ipsa per hoc ꝙ aliam in sui nām cōuertit facta est maior.vt manꝰ que prefuit vel pes est auctus. Simili dicť.ꝙ aggregatū ex partibus que ꝓfuerunt ⁊ partibus que adgenerate sūt de nouo est auctum. Nā totū cōpositū est auctū. hoc autē est hmōi aggregatū ḡ ⁊c̄.bene tamē cōcediť ꝙ partes que aduenerūt nō sunt aucte. ¶ Et ideo ad ꝯfirmationē dicť.ꝙ ipsa cōcludit veritatē.⁊ est pro dictis.qꝛ ipsa pars que aduenit nō est porosa.q̄re ꝓprie nō debet esse aucta.
T.c.32. Et quādo Arist.dicit in ratione post oppositū q̄libet partē aucti esse auctā.lo꜔tur de partibus ꝑsistētibꝰ.⁊ consequēter de his locutus sum in positione.
Ad 6ᵐ ¶ Ad sextā negať ꝙ penetratio ꝓpter augmētationē esset possibilis. Et ad ꝓbationē dicť ꝙ quelibet pars porosa aucta augetur nō ꝓprie.sed p intus susceptionē nutrimēti sicut dcm̄ est. Et iō vlterius dicitur.ꝙ pars nō porosa non ꝓprie augeť per intus susceptionē.sed per iuxtapositionē.⁊ sic non sequiť nutrimētū penetrare eā.
Ad 7ᵐ ¶ Ad aliā negatur ꝙ augmētatio esset dolorosa. Et ad probationē dicitur:ꝙ nutrimentū nō ingrediť nisi partes porosas:⁊ ptes solidas nullum porū hñtes nō ingrediť.⁊ ideo augmentatio est sine
Ad 8ᵐ diuisione ꝯtinui:⁊ sine dolore:sicut patet ex dictꝭ. ¶ Auctoritas phi post oppoᵐ est pro scđa ꝯne primi articuli.

¶ Hec aūt tria sunt quoꝝ vnū est quātūcūq̄ partem ⁊c̄. T.c.xxxiij. Qō. xij.

Uodecimo querit. Utrū in augmētatiōe maneat idē totum ante ⁊ post. ¶ Et arguiť p̄mo ꝙ nō: qꝛ non manēt eedem partes materiales: nec eedem formales.ergo nō manet idem totū.
Co.17. tenet ꝯña:qꝛ totum est sue partes:vt dicit Cōmentator.
4.ph. p̄mo physicorum. aña pro prima parte pꝫ in littera p phy
43. losophum dicentē ꝙ partes materiales fluunt ⁊ refluūt.
T.c.36. ⁊ pro scđa parte pꝫ ꝙ forma sequitur materiam:eo ꝙ nāliter loquēdo forma nō potest stare sine mā:nec vnā mām
2ᵐ dimittere ⁊ aliā intrare. ¶ Scđo sic. multe partes aduenīūt.ergo ⁊ totum variatur.tenet consequētia.vt prius:⁊ aña pꝫ:qꝛ nō est augmētatio:nisi multe ptes aduenīant:
T.c.41. sicut dicit phus in lr̄a ergo ⁊c̄. ¶ Tertio vocentur par
32.⁊.34 tes ante augmentationē existentes a.⁊ post augmētatio
3ᵐ nem partes superaddite voceť b.tunc arguiť sic.hoc augendum ante augmentationē est.a.⁊ post augmentationem non est.a.nec erit.a.ergo non est idem post quod aū. consequētia nota:⁊ aña pro p̄ma parte est notum:vt p̄us ⁊ pro scđa parte pꝫ:qꝛ post augmentationē erit.a.⁊.b.ergo non erit.a.cum.a.non sit.a.⁊.b. ¶ Confirmať sic.hoc post augmētationē est idem quod fuit ante. Sꝫ ante fuit a.ergo post est.a. Sed post est.a.⁊.b. vt notum est igitur a.est.a.⁊.b.ergo pars est suum totum. ¶ Cōfirmať scđo. hoc est idem quod fuit ante.sed hoc est.a.⁊.b.ergo aū fuit a.⁊.b.consequentia est nota vt videtur:⁊ ꝯsequēs est mani
4ᵐ feste falsum:qꝛ ante non fuit nisi.a. ¶ Quarto p̄ncipalr ad qōnē arguiť sic.sequereť ꝙ aliquid generareť successiue ⁊ statī vna parte genita cessaret generatio. Sed hoc est falsum.probatur tamē consequētia: quia eadem rōne quia post augmētationē est idem totum qđ fuit ante.cū multe partes sunt sibi inuicem addite manebit vna parte ignis genita idē ignis post q̄tquot partes augereť sibi.
¶ Quinto sequereť ꝙ eadē rōne sequana eēt idē q fuit 5ᵐ
tertio vel quarto annis ellapsis.hoc est falsum: qꝛ omnes partes sequane que fuerunt ante tres annos sunt corrupte:aut saltem intrauerūt mare:quare nō est idem totū: cum totum nō sit aliud q̄ sue partes: ⁊ aña pꝫ:qꝛ quelibꝫ pars sequane que tunc fuit intrauit mare.⁊ tamen ꝓbať ꝯña:qꝛ eadē rōne qua ꝓpter successionem partium recedētium ⁊ aduenientium manet idem totum ꝓpter eas:sibi succedere in simili situ figura ⁊ dispositiōe manebit idē sequana:cū partes sue sic sibi succedant in simili situ figura ⁊ dispōne.
¶ Scđo ꝓbať ꝙ non sit idem sequana:qa 2ᵐ
eadē ratione esset eadē spera aeris que fuit vltra centum annos:⁊ sic posset eadē spera aeris manere perpetua:⁊ sic ex consequēti cū spera aeris sit corruptibilis aliquod corruptibile posset perpetuari.ꝯña est contra phm p̄mo celi. a.t.c.10.
⁊ prima consequētia pꝫ: qꝛ ita bene in simili dispōne situ in finē.
⁊ figura successiuis temporibus succedunt sibiinuicē partes spere aeris sicut sequane.igitur si vnum ipsorum manet idem:⁊ aliud manebit idem.
¶ Tertio confirmatur: 3ᵐ
qꝛ sequiť idem his generari:qꝛ sequana qui fuit vltra centum annos fuit pro tunc genitus:⁊ iste qui nunc est genitus est citra.ergo si iste est idem:idem erit his genitus consequentia est nota:⁊ aña pro prima parte pꝫ.⁊ pro secūda declaratur:qꝛ quodlibet pedale huius sequane: qđ nunc est:est genitū citra.10.annos.ergo ⁊ sequana totus.consequētia tenet:qꝛ sequana nō est aliud q̄ omnia ista pedalia simul sumpta:⁊ aña pꝫ:qꝛ qđlibꝫ pedale eius sequane: qđ est:venit ex fontibus citra breue tempus: ⁊ ex fontibꝰ nō potuit venire nisi qꝛ in montibus pro tunc est genitus. ḡ est citra.10.annos genitum.
¶ Sexto si sic hoc esset ex 6ᵐ
eo:ꝙ maior pars manet eadem:pꝫ consequētia:qꝛ nō videť maior rō quare manet idem totū: nisi qꝛ maior pars eius manet.sed hoc est falsum ergo ⁊c̄. falsitas consequētis declaratur:qa sequitur ꝙ idem esset aliquid cum aliquo cum quo in nulla parte conueniret.hoc est impossibile:⁊ consequētia probatur. Nam sit colūna tripedalis. a.⁊ moueatur vnū pedale ab ea ⁊ loco eius ponatur vnū




aliud pedale qđ vocetur.b.tunc.b.est idem cum.a.qꝛ maior pars est eadem.amoueatur ergo.2ᵐ.pedale ab.a.⁊ ponatur vnum aliud:⁊ vocetur.c.tunc.c.est idem.b.qꝛ due tertie sunt idem:vel eedē.⁊.b.cum.a.vt prius.ergo.c.est idem cum.a.tunc de.c. amoueatur tertium pedale ⁊ vocetur.d.tunc.d.est idem cum.c.vt prius ⁊.c.cum.a.vt probatum est:quia quecūq̄ sunt eedem vni tertio sunt eedē
inter se. Modo.a.⁊.d.sunt eedē.c.quare sibi inuicē erūt T.c.33.
eedē:⁊ tamē per casum manifestum est ꝙ in nulla parte conueniunt.quare habetur consequens probandum.

In oppositum est Aristo.in hoc p̄mo.caplo quo prius. Et pōt probari rōnibus ꝙ idem manet idem ante ⁊ post.
¶ Primo qꝛ aliter p̄ᵐ
sequeretur ꝙ iste terminus ioānes.esset nomē cōmune: qꝛ verificatur de homine ante augmentationē nominato h nomine ⁊ post.si ergo non est idem vniuoce successiue verificatur de pluribus:qđ est propositum.
¶ Secundo qꝛ 2ᵐ
non fuisset idem christus passus in cruce qui natus est de virgine maria.illud est falsum:ꝯña tꝫ: qꝛ auctus fuit in tempore sue augmētationes.
¶ Tertio sequitur ꝙ nul 3ᵐ

lus nostrum esset baptiçatus. quia aucti sumus post ba-
4m ptismū. ¶ Quarto sequitur q̄ si sor. promitteret soluere
bodie q̄ cras non teneretur soluere: q̄ nihil promisit ille
qui cras erit sor. post augmentationem: cum nunq̄ ante
fuisset: et ex consequēti nihil deberet: quia nihil promisit.
5m ¶ Quinto quia talis augmentatio non est proprie mo-
tus. consequens est inconueniens: et consequentia proba-
tur: quia motus debet esse in subiecto eodem in actu. mo-
do augmentatio non fieret in eodem subiecto: nec in actu
manente sub vtroq̄ termino.
¶ In ista questione primo ponēda sunt aliqua notabilia.
Et responsio ad questionem. ¶ Scdo mouebuntur que-
dam dubia contra determinata et soluentur.

pm no^m QUANTUM ad pmum articulum est primo notan-
dum. q̄ questio ista querit de idētita-
te numerali. de idētitate autē specifica nihil ad presens.
2m no^m ¶ Scdo est notandū q̄ idem numero capitur ppriissi-
me. pprie. et large. propriissime dicit manēs numero idē.
sic q̄ nec in subiecto toto: nec in parte substātialiter varia-
tur: aut mutat. et sic deus est idē. aut celum: qui vel quod
fuit vltra annū. Proprie dr idē qd manet sm sui partem
pncipaliorē idem numero. et isto modo dicit sortes: aut q̄-
cūq̄ alter homo idem qui ante erat. qa anima intellecti-
ua que est eius pncipalior pars manet eadem primo mo-
do: vt notum est. Tertio modo dicit idem numero large:
cuius partes sunt in continua successiōe in consimili situ
figura et partiū situatione sine notabili mutatione in ordi-
ne ad ipsum: aut magna differētia: et isto modo dicitur idē
sequana qui fuit vltra. 10. annos: aut idē padus: et q̄ iste
modus idētitatis sufficiat ad idē numero est manifestū:
qa alias ppria nomina fluuiorū vt sequana padus: aut
renus nō essent termini discreti: quod nullus diceret.

p^a 2. HIS PREMISSIS sit hec pma 9clusio. q̄ in aug-
mentatione viuentis non ma-
net idem ante et post propriissime seu primo modo. Patet
qa auctum substantialiter in suis partibus variatur cum
alique adueniant ex nutrimento et aliq̄ recedant virtu-
2a 2. te actionis caloris naturalis. ¶ Scda conclusio est q̄ in
augmentatione hominis manet idem ante et post proprie
seu 2o capiēdo. p3: qa hominis pncipalior pars manet. pu-
3a 2. ta aīa intellectiua. ergo etc. ¶ Tertia cōclusio. in augmē-
tatione viuentis alterius ab homine nō manet idem nu-
mero isto scdo modo. p3: qa in nullo alio viuēte manet pn-
cipalior pars isto scdo modo. ergo etc. tenet cōseq̄ntia. per
2m notabile: et antecedēs declaratur. qa in quolibet viuen-
te forma q̄ est pncipalior pars: ita variatur sicut materia
cum sibi noue partes adueniāt sicut materie: et etiam aliq̄
recedant actione caloris naturalis: sicut patet in conclu-
dubium siōe pcedēti. ¶ Sed diceres. nōne manent partes in cor-
de: et in cerebro que sunt pncipaliores in viuente? ¶ Itē.
nōne manent partes humide humiditate radicali: q̄ par-
tes pncipaliores sunt q̄ partes humide hūiditate cibali.
R^o ¶ Respondetur q̄ partes viui formales. puta vere par-
tes forme sunt ita similes substantialiter sicut partes for-
me aeris. et ideo substantialiter non sunt principaliores p-
tes cordis q̄ pedis: aut alicuius alterius membri. sed ac-
cidentaliter et organice possunt dici iste pncipaliores. Eo-
dem modo partes humide humiditate radicali non sūt
pncipaliores q̄ partes humide humiditate cibali: et ideo
iste rationes non procedunt aliquo modo contra dicta.
4a 2. ¶ Quarta conclusio in omni augmentatione viuentis
ante et post manet idem tertio modo: scilicet large. p3 qa par-
tes aucti succedūt sibiinuicē in simili figura situ et dispo-
sitione sine notabili et magna differētia in ordine ad ipsū.
p. ge. ergo etc. cōsequēns t3: et antecedēs p3 per experientiam: et
T. c. 35. hec est cōclusio quā Aristoteles intēdebat.

QUANTUM ad secundum articulum sit hec prima pm dub^m
dubitatio. ¶ Quomodo aliquid to-
tum potest manere idem cuius aliq̄ partes sunt varia-
te: cum totum nō sit aliud q̄ sue partes. ¶ Respondetur R^o
q̄ aliqui dicunt q̄ sicut supnaturaliter possibile est vnā
et eandem rem numero simul esse plures res: ita naturali-
ter est possibile vnā et eandem rem successiue esse plures.
Et isti dicunt q̄ non est inconueniens q̄ sortes ante aug-
mentationem sit iste partes et post sit alie. ¶ Sed quicq̄d
sit de hoc dicendum est ad dubitationem q̄ ad idētitatē
numeralem tertio modo dictam sufficit idētitas figure si-
tuationis partium ante existentium in continua successio-
ne. Sed hoc non sufficeret ad idētitatem primo modo di-
ctam: et ideo dicitur q̄ licet totum sit sue partes: tamē po-
test esse nō iste partes: sicut et iste possunt esse nō ille. Nam
si partes que iam sunt totum vocentur a. et partes que ex
nutrimēto augebuntur vocētur b. tunc totum potest eē.
a. et b. et tamen totum nō est. a. et b. ¶ Secundo quis du- 2m dub^m
bitaret vtrum deberet sic poni eadem spera aeris que fuit pm cor^m
ante centum ānos. ¶ Et videtur mihi dicendum q̄ sic. et
ex consequēti correlarie concedēdum esset q̄ corruptibi-
le potest perpetuari. Nam spera aeris est vnum corrupti-
bile cum habeat materiam: et nō est dubium qn eque be-
ne sit eadem numero que fuit ante centum ānos: sicut est
idem sequana q̄ fuit ante centum ānos. ¶ Secūdo corre- 2m cor^m
larie est concedēdum q̄ aliqua duo sunt eiusdem speciei
specialissime: et tamē vnū corrumpetur et aliud ppetuabi-
tur vt pedale aeris et tota spera aeris. Et si aliqs instaret di-
cēdo q̄ phylosophus vult oppositum in pmo celi. vbi di- T. c. 121
cit q̄ omne corruptibile de necessitate corrumpet. ¶ Di-
catur q̄ sufficit q̄ cuiuslibet corporalis quodlibet peda-
le de necessitate corrumpetur. ¶ Tertio dubitaret aliqs 3m dub^m
q̄ si idē est seq̄na qui fuit aū centū ānos. ergo sunt eedē
partes pedales q̄ fuerunt seq̄ne aū cētum ānos. 9ntia t3:
ppterea qa totum est sue partes: et falsitas 9seq̄ntis p3: qa
omnis pars pedalis seq̄ne que fuit vltra cētum: diu est q̄
intrauit mare. Similr omnis pars pedalis seq̄ne q̄ iam est
citra duos annos est genita. ¶ Rndetur q̄ est idem sicut R^o
prius seq̄na qui fuit vltra cētum annos: et concedit q̄ sūt
eedē partes simul sumpte 3o modo idētitatis. Ad probatio-
nē dicit q̄ omnis pars pedalis q̄ fuit vltra. 100. annos
diu intrauit mare: et est q̄ q̄libet pars pedalis q̄ iā est ci-
tra duos ānos est gn̄ata: cū hoc tamē stat: q̄ omnes par-
tes pedales seq̄ne simul sumpte: q̄ fuerunt vltra cētū an-
nos: sunt adhuc: qa idē seq̄na est. et ipse est sue ptes peda-
les. Uel sic. iste seq̄na fuit vltra cētum ānos. et iste sequana
est omnes partes sue pedales. ergo omnes ptes iste peda-
les fuerūt vltra cētum annos. Ex quo correlarie potest in-
ferri hāc 9ñam nō valē. omnes iste partes pedales fuerūt
vltra cētum ānos. ergo aliq̄ istarum fuit vltra cētū ānos.
et hoc capiēdo ly oēs collectiue. ¶ Scdo infert. q̄ a plu-
rali eē ad singulare eē nō op3 9ñam valē. instātia enim p3
in articulo pus posito. ¶ Alie autē dubitationes q̄ pos-
sunt moueri patebūt in rōnū solutiōibus. q̄re etc.

AD RATIONES pncipales. Ad pmā3 negat q̄ nō Ad pm
manēat eedē ptes māles: nec for-
males. Et ad pbātiōē dicit. q̄ ptes māles fluūt et refluūt. T. c. 36.
dr q̄ itellexit q̄ partes māles: et nō porosē non manēt pri-
mo mō seu ppriissime eedē. cum hoc tamē stat q̄ manēt
eedē tertio modo idētitatis. ¶ Ad scdam conceditur. q̄ Ad 2m
multe ptes aduenīūt. et negat 9ña q̄ infert. sgit totum va-
riat: sic. s. q̄ nō manet idē: licet bñ variet in aliquib9 suis
ptibus. Et ad pbatiōnē 9cedit q̄ semp totū est sue ptes.
cū hoc tñ stat q̄ ille ptes manēt eedē: et etiam totum idē.
licet in multis partibus fiat variatio. dū tamē partes ma-
neant in cōsimili situ figura et dispōne. ¶ Ad tertiā3 ad- Ad 3m

mittitur quod ponitur. Ad argumentum dicit concedē
do ꝙ hic corpus ante augmētationem est.a.⁊ post aug
mētationē nō est.a.⁊ negatur consequētia qua infertur.
ergo nō est idē post quod ante.⁊ causa est.qa a negatione
pdicamēti ad aliquid nō infert negatio pdicamenti sub
stātie.qa arguit.a.est nūc iste ptes.⁊ post nō erit iste ptes.
igit post nō erit illud ens vel idem ens quod est nūc.talis
cōsequētia nō valet.sicut nō sequit. soz.nūc est iste pater:
⁊ post nō erit iste pater.ergo post nō erit idem quod ante.
Sic enim arguēdo a negatiōe termini pdicamēti ad ali
quid ad negatiuā termini pdicamēti substātie non valet
cōsequētia. ¶ Et ad confirmationē per idem dicit conce
dēdo ꝙ post augmētationē est idem quod ante ⁊ cōcedi
tur ꝙ ante est.a.⁊ consequētia negat qua infertur.igitur
post erit.a. Nam.a.est terminus cōnotatiuus istarum par
tiū.⁊ in talibus terminis cōsequētia nō valet.sicut non se
quitur.ille post erit idem homo qui nunc est pater.g post
erit pater. In omnibus enim talibus argumētationibus
3° cōmittit fallacia figure dictiōis. ¶ Ad tertiam cōfirma
tionē cōceditur ꝙ est idem quod fuit ante ⁊ etiam qō est
a.⁊ b.⁊ negatur cōsequētia.ergo ante fuit a.⁊ b. Nam a.
⁊ b.sūt termini cōnotatiui ceterarū partium.⁊ in illis to
lis ꝯsequētia nō valet vt dictū est.⁊ tamē cōcedit in termi
nis absolutis.est idem qō fuit ante: ⁊ nūc est homo.ergo
4° ante fuit homo. ¶ Ad quartā cōfirmationē conceditur
ꝙ a.⁊ b.fuerūt ante saltē simul sumpta.qꝛ sunt idem ho
mo qui fuit ante. ¶ Ad improbationē etiam cōsequēter
cōceditur ꝙ b.nūqꝫ fuit:sed tamē a.⁊ b.simul sumpta fu
erūt ante sicut dictū est in scdo articulo.ꝙ omnes partes
pedales sequane fuerūt vltra centū annos.⁊ tamen nulla
Ad 4m pars eius pedalis fuit ante duos.annos. ¶ Ad 4m prin
cipale negat cōsequētia qua infert.ꝙ quicquid generare
tur successiue statim vna parte genita cessaret gnatio eius.
¶ Et ad pbationem dicit ꝙ nō est simile de generatione
alicuius rei:⁊ augmētatiōe viuētis. Nam gnatio fit per
posteriorum partiū ad priores aggenerationē.⁊ ideo ipsa
res que gnatur nō debet dici genita nisi omnes ptes eius:
vel ad minus maiores essent genite. In augmētatiōe au
tem:qꝛ nutrimētum intus suscipit. debet dici manere idē
post quod ante. Et sic si parua ps ignis eēt genita nō pro
pter hoc debet dici totus ignis est genitus ppter dissimili
Ad 5m tudinē dictam. ¶ Ad qntam ꝯceditur ꝙ est idem sequa
na. Et ad pbationem dicit negādo ꝙ omnes partes eius
que fuerunt vltra decem annos sunt corrupte.imo ambe
medietates sunt eadē sicut est idem totum. Et similiter ne
gatur ꝙ omnes iste partes intrauerunt mare.imo alique
partes sunt actu sequana.cōceditur tamē ꝙ quelibet pars
pedalis:que tūc fuit intrauit mare.⁊ negatur consequētia
cum infert.igitur omnes partes intrauerūt mare. Et ad
probatione conceditur ꝙ est eadem spera aeris. ⁊ ꝙ ali
qō corruptibile est ppetuū.⁊ ꝙ totum illud est pro dictis.
¶ Ad tertiam cōfirmationē negat.ꝙ sequatur idem bis
gnari. Et ad pbationē cōcedit ꝙ sequana qui fuit vltra
decem ānos ⁊ vltra.⁊ ante fuit genitus.⁊ sic ille fuit vltra
cētum annos genitus. Et ideo negatur ꝙ iste qui nūc est
sit genitus citra ⁊c. Ad pbationē concedit ꝙ quodlibꝫ
pedale sequane qui nūc est fuit genitū citra duos annos.
⁊ negat cōsequētia.ergo totus sequana. qa nullū pedale
est totus sequana.licet sint omnia pedalia simul sumpta.
Et ideo si sic assumerent omnia pedalia sequane q̄ nunc
sūt.sunt genita citra decem annos.negatur añs.ergo ⁊c.
Ad 6m ¶ Ad sextam pncipalē cōceditur ꝙ hoc est ex eo: ꝙ ma
ior ps manet eadē in ꝯsimili situ figura ⁊ dispōne.⁊ nega
tur:ꝙ si hoc sufficeret ꝙ aliquid eēt idē cum aliquo cum
quo in nulla pte cōueniret. Et ad pbationem dicit ꝙ si a.
colūna dicat eadem cum colūna d.tūc conuenit cuꝫ d.in

ambabus medietatibus:⁊ in omnibus partibus simul sum
ptis:licet nō conueniat cū ea in aliqua parte pedali. Ali
ter potest dici ꝙ a.columne bene est eadem b.columne.⁊
b.colūna c.tamē a.ipsi c.non esset eadem.qa nō conueni
ret cū ea in maiori parte sui. Ad pbationem: si diceretur
quecūqꝫ sunt eodem vni 3° sunt eedem inter se. Dico ꝙ h
verū esset si illa essent illi tertio eadem propriissime. sic ꝙ
in nulla parte ab eodem essent diuersa.sed sic non est in p
posito. ¶ Ego tamen iuxta opiniones vulgarium:⁊ mo
dum loquendi cōmunem hn̄ concederem ꝙ aliquid esset
idem alicui cum quo in nulla parte pedali conueniret si
cut dictum est in questione. ¶ Rationes post oppositum
sunt pro dictis in primo:⁊ secundo articulo.

## ¶ Qm̄ autē de his quesitum est sufficienter.

## T.c.xxxv. Questio. xiij.

Tertiodecimo queritur. Utrum augmentatio fiat
1m sm ptes formales ⁊ nō māles. Et arguit pri
mo ꝙ nō.qa sm illas partes fit augmētatio
sm quas fit nutricatio. sed nutricatio fit sm
ptes māles.ergo ⁊c. maior pꝫ. qa augmētatio psupponit
nutricationē.⁊ minor declarat.qa sm eas ptes viuū nu
trit sm quas aliquid deperdit.cūꝫ nutritio sit restauratio
deperditi modo sm ptes materiales aliquid deperdit.ergo
sm eas nutrit:⁊ minor pꝫ per phm dicentē in lra.fluūt ⁊ T.c.34.
refluunt ptes māles. ¶ Scdo sicut forma viui redditur: 2m
maior in augmētatione: ita redditur maior materia.⁊ si
sic:ita hn̄ fit augmētatio sm ptes materiales sicut forma
les.vel fit forma maior:⁊ nō materia.⁊ si sic etiam forma
extēditur vltra materiam.⁊ p cōseqns ps forme non inhe
ret materie:qō est ipossibile. ¶ Tertio diminutio fit sm p 3m
tes materiales.ergo ⁊ augmētatio.cōsequentia tꝫ:qꝛ aug
mētatio ⁊ diminutio sūt motus oppositi: quito phicorū. T.c.18.
⁊ tales hn̄t fieri circa idē:⁊ añs pꝫ:qa ptes māe fluūt ⁊ re 7.19.
fluūt:p phylosophū.⁊ ex ꝯsequēti pꝫ eas refluētes fit dimi P ge.35.
nutio. ¶ Quarto vel ptes que adueniunt viuo ex nutri 4m
mēto aduenuīt cū mā: ⁊ si sic tunc sicut forma augeť:ita
mā:qō est ppositū. Uel adueniūt sine mā:qō est impossi
bile.quia sequeretur vt prius formam esse sine subiecto.
¶ Quinto augmētatio fit sm ptes q̄titatiuas.⁊ tales vi 5m
dentur esse magis māles.ergo magis fit sm ptes māles q̄
formales.maior est nota ⁊ minor declaratur per phm ter Com.68
tio phicorū.vbi dicit.ꝙ diuisio cōtinui est in mām.i.in p
tes māles quātitatiuas. Et sic est questio falsa.

In oppositum est phus in lra.caplo de aug T.c.35.
mētatiōe. ¶ In ista q̄stione T.c.35.
erunt duo articuli. In pmo recitabunt diuersi modi intel
ligēdi istam litteram Aristo.allegatam. In scdo eligetur
expositio magis cōis:⁊ ēt magis ptinēs prius dictis.

Quantum ad pmum articulum est pmo notan 1m no m
dū ꝙ cōiter ponunt sex modi distin
cti intelligēdi vel distinguēdi istam lrām Aristo. ¶ Pri Cō.38.
mus est Cōmētatoris dicētis.ꝙ nō intellexit Aristo.ꝙ q̄
dam eēnt ptes formales q̄ augerent.⁊ quedā māles q̄ nō
augerent:sed dicebat solum ppter hoc ꝙ iste actiones q̄
fiūt in aucto.s.alteratio ⁊ generatio sunt virtute forme: ⁊
ipsius aie.⁊ iō solū aiata augerent.hec sunt verba Cōmē
tatoris. augmentatū vero nō est auctū:nisi per illam for
mā:aut virtutē per quā habet formā:⁊ istā virtutē inten
debat Arist.cū dicebat augmētū fieri sm formā:⁊ nō sm
materiaꝫ.⁊ nisi esset ista virtus:impossibilis.esset augmē
tatio in istis partibus sensibilibus. ¶ Circa istum moduꝫ T.c.35.
est aduertendum sententiam Cōmētatoris esse veram.sꝫ
nō videt esse de mēte phylosophi.qꝛ phs nō loquitur de
agere quādo dicit augmētationē fieri sm partes formales.

imo magis de pati. dicit enĩ q̄ q̄libet ps formalis aucti est
aucta. Modo a actum nõ videt̃ imediate actionẽ cõno-
tare. sed potius passionẽ. Et ideo licet opinio sit vera. non
2ᵘˢ moᵘˢ tamẽ est de mẽte phi. ideo relinquat̃. ¶ Secũdus modus
est. q̄ per partes formales intelligimus partes etheroge-
neas. i. partes quarũ queuis non capit denominationẽ to-
tius seu a toto sicut sunt pes manus caput ⁊ consimiles.
Et q̄ per partes mãles intelligunt̃ ptes homogenee: qua-
rum queuis capit denomiationẽ totius. sicut caro os ⁊ si-
milia. Et mouent̃ ad sic dicendũ. q̄a partes etherogenee
figuram certaz sibi determinãt que videtur habere ratio-
nem forme. ⁊ ideo eas appellat formales. homogenee au-
tem nõ determinãt sibi certam figurã: sed quãlibet indif-
ferẽter possunt habere. ⁊ ideo sicut mã est indeterminata
T.c.35. ad figuram: rõne sui ipse mãles appellantur. ¶ Item ille
partes homogenee sicut phs dicit in lra: componũt ethe-
rogeneas. quare rõnabiliter materiales sunt vocate: dicũt
enim isti q̄ quelibet pars etherogenea auget̃ prout notũ
est. ⁊ ideo dicunt fieri augmẽtatiõez fm partes formales.
ↄtra illũ modũ. Sed nõ quelibet pars homogenea auget̃: licet aliqua ps
augeat̃. Sed instaret aliquis dicẽs q̄ phylosophus videt̃
esse in contrarium. dicit enĩ q̄ partes etherogenee nõ au-
gent̃. nisi q̄z partes homogenee augent̃. ergo videt̃ q̄ pri-
T.c.35. or sit augmẽtatio ptiũ homogenearũ q̄z etherogeneaꝝ.
2ᵐ ¶ Scđo. q̄a ita ad sensum apparet augeri caro vel os si-
cut manus vel pes. imo est purum impossibile manũ au-
3ᵐ geri ⁊ non augeri partes homogeneas. ¶ Tertio omnis
pars homogenea auget̃ ergo ista opio est falsa. ↄñtia te-
net ⁊ añs declarat̃: q̄a q̄libet pars homogenea nutrit̃ im-
pfecta nutritione: eo q̄ calor nãlis est per totũ corpus ex-
pansus. ⁊ ex consequenti in oẽs partes viui agit. ergo q̄libz
aliquid deperdet. ergo in nutricatiõe perfecta queuis ali-
4ᵐ quid ad sui nutricationẽ acquirit. ¶ Quarto nisi q̄libet
pars augeretur. augmẽtatio nõ conueniret ipsi aucto pri-
mo quod nõ est dicẽdũ: ↄñtia tenet: q̄z aliquibꝰ partibꝰ cõ-
Solo p p modo uenirent ⁊ aliquibus nõ. ¶ Ad ista tenẽdo p̃dictum mo-
dum r̃ndet̃ p̃ ordinẽ. ¶ Ad pmã cõcedẽdo dictum Ari.
L.c.35. q̄ nõ augent̃ etherogenee nisi q̄a homogenee augẽtur: ⁊
concedit̃ q̄ via ordinis aut nature augẽtur homogenee
q̄z etherogenee. tamẽ cum hoc stat q̄ quelibet pars ethe-
rogenea augeat̃. q̄propter quelibet ps formalis dicit̃ au-
cta. sed nõ q̄libet homogenea. q̄a aliq̄ partes carnis vt p̃-
us dictum est nõ augẽtur. quare augmẽtatio nõ dicitur
fieri fm partes mãles. eo q̄ nõ quelibet istarũ augeatur.
Ad 2ᵐ ¶ Ad scđam dicit̃ q̄ verũ est q̄ partes homogenee au-
gẽtur sicut etherogenee. sed non vlr. q̄a q̄uis etherogenea
Ad 3ᵐ auget̃. nõ tamẽ q̄uis homogenea. ¶ Ad tertiã negat̃ an-
tecedẽs loquẽdo de augmẽtatione que fit per intus susce-
ptionẽ. s. q̄ quelibet pars homogenea auget̃. Et ad pro-
bationẽ negat̃ q̄ imp̃fecta nutricatione quelibz pars nu-
triat̃. Et ad pbationẽ concedit̃ q̄ calor nãlis est p totuz
corpus expãsus. ⁊ ideo dicit̃ q̄ in omnes partes viui agit
alterãdo sed negat̃ ↄñã cũ infert̃. ḡ q̄libet aliq̄d deperdit.
q̄a licet in q̄zlibet egerit alterando: nõ tamẽ q̄zlibet resol-
uit. ⁊ ideo etiã in nutricatione nõ q̄libet ps restaurat̃: vel
4ᵐ nutrit̃. q̄a nõ ille que nihil deperdiderunt. ¶ Ad q̄rtam
pbationẽ dicit̃ q̄ augmẽtatio ꝓprie dicta q̄ fit per intus
susceptionẽ nõ ↄuenit viuẽti pmo. Sed tñ q̄a nobiliores
ptes ⁊ maiores augent̃. ideo a maiori fit denominatio: iõ
dr̃ totũ augeri sicut ad maiorẽ ptẽ esse albam totũ deno-
minat̃ esse album. Verũ tamẽ est q̄ si augmẽtatio cape-
ret̃ large pro mutatiõe qua aliquid dr̃ fieri maius. siue p
appositionẽ siue per iuxtapõnẽ. sic posset dici q̄ compete-
3ᵘˢ moᵘˢ ret viuẽti pmo. ⁊ hoc est de scđa opinione. ¶ 3ᵃ opio est.
q̄ in viuo sunt alique ptes habẽtes humiduz radicale in
se. ⁊ aliq̄ sunt hñtes humidum cibale in se. ⁊ ↄñr hñtes in
se humidũ radicale dñr formales. q̄a aïa forma viuentis
pncipalr̃ existit in ipsis. ⁊ ideo ad eorũ corruptionẽ corrũ-
pit̃ viuum. quapropter ipse semper manẽt vsq̄z ad finem
vite. lz nõ maneãt eque humide nãli hũiditate sicut erant
in pmo. partes autẽ alie hñtes in se humidũ cibale: ⁊ hu-
miditatẽ extraneã: q̃d est ad ↄfortandũ ptes pncipales. ⁊
humidũ radicale vocant̃ mãles. ideo q̃d in eis forma vita-
lis nõ existit. tũc ad ꝓpositũ: q̄a humidũ radicale semper
manet. humidũ autẽ cibale fluit ⁊ refluit: attento q̄ aug-
mentatio fit virtute caloris naturalis: qui sustentatur in
humido radicali: iõ dr̃ augmentatio fieri fm formã. i. fm
nãlem calorẽ sustẽtatiuum in humido radicali. ⁊ in ptibꝰ
ipsum hñtibus q̄ dñr formales. Et non dicitur fm partes
mãles fieri. i. fm ptes hñtes humidũ cibale: q̄a humiduz
istud cibale hz rõnẽ mãe: eo q̄ patit̃ a calore nãli. ⁊ iõ ↄñr
dicit ista opinio. q̄ humidũ radicale ↄfortat̃ ⁊ auget̃ per
additionẽ humidi cibalis. ⁊ hec additio fit i quolibet mẽ-
bro. ¶ Sed ↄ diceret aliquis tũc nõ quelibet pars aucti ↄ 3ᵐ mo.
erit aucta. ↄñs est falsum ⁊ pbat̃ ↄñã. q̄a post q̄z humidũ
radicale manet idem ipsum non augetur proprie: nec di-
minuit̃. cũ nihil eius corrũpat̃ vt supponit opinio. ¶ Se- 2ᵐ
cũdo q̄a vbiq̄z est humidũ radicale in viuo. ḡ cum humi-
dum cibale sit in multis partibus viui. sequit̃ q̄ duo cor-
pora sunt simul. ↄñã est nota ⁊ añs pz. q̄a q̄libz pars est vi-
ua in viuo. ḡ vbiq̄z est humidũ radicale pro eo q̄ sine eo
non esset vita. ¶ Tertio. sic videt̃ q̄ humidum radicale 3ᵐ
diminuit̃: q̃d est ↄ istos. eo q̄ Arist. dicit ipsum semp fieri
minus purum. ¶ Itẽ calor nõ solum nutrit̃ ex humido
cibali. q̄re videtur etiam aliquã partem humidi radicalis
ↄsumẽ. ¶ Defendẽtes hanc viam forte dicerẽt ad pmaz Solo p
q̄ non opz q̄ãlibet partẽ aucti augeri per intus susceptio- p modo
nẽ. sed sufficit q̄ iuxta eam ponat̃ aliqua respectu cuius
totum dicat̃ maius. ⁊ postea conuertatur in eam aut sal-
tẽ cõfortãdo eam. ¶ Ad scđam forte dicerẽt q̄ humidũ Ad 2ᵐ
radicale ⁊ cibale distinguunt̃. loco ⁊ subiecto. ⁊ subintẽ
iuxtaponunt̃ in viuo ꝑticulas paruas isensibiles: nec est
in ptibus humidis humiditate cibali vita. nec est pro icõ-
uenienti reputandum q̄ multe partes aïalis nõ habeãt vi-
tam: nec sunt ꝓprijssime ptes aïalis. ¶ Ad tertiam dr̃ q̄ Ad 3ᵐ
humidũ radicale in essentia sui nõ diminuit̃. sed Ari. dic
q̄ fit magis impuꝝ. Voluit. n. dicẽ q̄ ipm actõe caloris defic-
cat̃. Et ad aliud cũ dr̃ q̄ calor nãlis nõ solũ nutrit̃ ex hũi-
do cibali: dr̃ q̄ nullo mõ ptẽ hũidi radicalis ↄsumit: sz hñ
ipm alterat ⁊ desiccat. Et hũc modũ lz q̄s posset defende-
re. credo tñ q̄ cogeret̃ cõcedẽ multa alia extrãnea. ¶ Quar- 4ᵘˢ moᵘˢ
tus modus dicẽdi est q̄ aliq̄ sunt ptes potẽtes p se existẽ.
⁊ ille dñr actuales. eo q̄ q̄libet illaꝝ est tante q̄ntitatis q̄
sepata a toto p se existẽ possz ⁊ sentiri. ⁊ iste dñr formales.
Alie sunt partes nõ potẽtes per se existẽ ꝓpter sui paruĩ-
tatẽ. imo a toto remote statim resoluunt̃ in mediũ eas cõ-
tinẽs. ⁊ ꝓpter sui puitatẽ: sunt insensibiles. ⁊ iste dñr potẽ-
tiales. q̄z actu p se existẽ nõ possũt. ⁊ p ↄñs mãles. Modo
dicit opio. q̄ q̄libet actualis ⁊ sensibilis auget̃. ⁊ rõ est. q̄a
q̄libet talis hz poros in quibus recipe potest nutrimẽtum
quo fiet maior. Sz mãles aut potẽtiales non augẽtur: eo
q̄ nõ opz q̄zlibet talem hẽre porũ susceptiuũ nutrimenti.
Imo nec est poss̃e q̄ quelibet talis habeat hõ poꝝ. ¶ Sed ↄtra 4ᵐ
diceres. actuales cõponunt̃ ex potẽtialibus. ḡ actuales nõ modũ.
augẽtur nisi potẽtiales augeant̃. ¶ Ad istud r̃ndet̃ con- Ꝝ
cedẽdo añs ⁊ negando ↄñam. Nã partes porose sine du-
bio cõponunt̃ ex nõ porosis. Sz tñ nulla nõ porosaꝝ au-
get̃ porosis auctis. ⁊ iõ lz ex eis componant̃: nõ tñ opz q̄
ad augmẽtationẽ ipsaꝝ partiũ actualiũ porosaꝝ sequa-
tur augmẽtatio ꝓprie dicta potẽtialium: sed sufficit aug-
mẽtatio ipsaꝝ iproprie dicta. puta p iuxtapositionẽ fctã.
¶ Quintus modus dicendi p̃supponit suppõnes: quaꝝ Ad 5ᵐ

prima est. q forma nõ põt transire in aliam mãm totalẽ.
2ª sup. ¶ Scõa suppositio est. q nõ põt transire in aliam mãm
3ª sup. partialem: nisi extẽdatur vel diminuat. ¶ Tertia. q ipa
põt hẽre aliam mãm partialẽ si fuerit aucta: vel diminuta.
pª z. ta. Et tunc ponit conclusiones. pma est q cibus diminui
2ª z. tur 7 distribuit per venas ad singula mẽbra. ¶ Scõa z.
q digerit 7 alteratur: deinde corrumpit forma cibi saltez
successiue. sic q pars ppinquior corrũpẽti pmo corrumpi
3ª z. tur 7 remotior posteri⁹. ¶ Tertia est qñ cib⁹ sic corrũpi
tur: forma animalis extenditur in tali mã que precessit: 7 su
peradditur. 7 sic fit maior q̃ ante. ¶ Ex istis ista opinio
vult suũ ppositũ 7 modũ augmẽtationis ondere: 7 pmo
infert. q forma proprie augeť 7 nõ mã. nam esto q mate
ria maior fieret hoc est per additionẽ mãe que trahitur a
nutrimẽto. modo ista nõ est pprie augmẽtatio: cum fiat
per additionẽ similis. forme autẽ nihil additur. 7 tamen
2 fm rei veritatem postea est maior. ¶ Scõo q partes mã
les fluũt 7 refluũt. sed partes forme non. qa forma manet
3 eadem inuariata. ¶ Tertio. q quelibet pars aucti est au
cta. qa ibi nulla est distinctio iter pexistẽs 7 superueniẽs:
4 cum forma in nullo varieť. ¶ Quarto. q manet eadem
forma totaliter. ideo auctũ manet idez proprie. qa forma
5 dat esse idẽtitatẽ 7 distõnẽ. ¶ Quinto q totum animal
6 est pmo auctũ: cuius quelibz pars est aucta pprie. ¶ Sex
to. q ibi nõ est gñó. sed solum transubstãtiatio. nihil eniz
forme generať. Sed forma pecťis vř deglutire quodam
7 modo mãm nutrimenti fingendo nouã. ¶ Septimo. q
8 forma ptiet mãm 7 nõ ez. 7 modus pz. ¶ Octauo. q hu
midũ radicale sit semp mintus purum. nã mã nutrimenti
misceť mãe humidi radicalis. 7 mam^m est q nõ est ita pu
ra sicut mã humidi radicalis. Ecce totalẽ moduz huius
ptra illũ modũ. opinionis bñ subtilis. Quo posito arguit ista opinio ž se p.
modũ. qa sequereť penetratio corporũ. s. mãe supueniẽtis 7 pexi
2^m stẽtis. ¶ Scõo qa vnũ corpus nõ põt intrare aliud nisi p
poros. 7 si sic mãe iste eẽnt soluz iuxtapositẽ: 7 nõ erit ade
3^m quate quelibet pars maior. ¶ Tertio. sequitur q forma
trãsiret de mã in mãm. pñs est ipõle. 7 pbať pña: qa vel di
mittit mãm porẽ: 7 si sic habeť ppositum: vel nõ dimittit
eã: 7 si sic: nõ videť quomõ possit informare mãm supue
4^m niẽtem. ¶ Quarto sequiť q per diuisionẽ tãdẽ tota mã
que prius fuit in re posset ab ea remoueri eadẽ re remanẽ
te: pñs est falsum: 7 tamẽ pz pñtia: qa nõ videť cũ ma
5^m teria separeť que sit causa qn ipsa nõ possit separi. ¶ 5º.
tunc non esset rõ: q̃re viuũ in infinitum nõ augmentareť.
6^m ¶ Sexto. qa sequiť q eodem modo parua forma ignis
noua adueniẽte mã ex cõbustione lignorum extendereť 7
Rñ. p qn informaret totã mãm superueniẽtem. ¶ Ad ista respon
to mõ. det dicta opinio per ordinẽ. Ad pmã dř negãdo pñaz: qa
dicit q mã nõ est corporea de se: 7 ideo lz plures mãe se pe
netrarẽt: nõ sequiť penetratio cor^m. verum est tamen: dicit
ipsa: q ipse due mãe fiunt vna: 7 sic nõ dz vna signari con
tra aliã: nec nominari plures: qa iter eas non manet distõ
Ad 2^m 7 fit vnio earum p quãdam penetrationẽ. ¶ Ad scõm
dicit q vnum corpus nõ itrat aliud nisi per poros. Sed
dicit vlterius q forma nutrimenti successiue in poris cor
rupta nihil pbibet mãm corpis corrupti mãm alteri⁹ suc
cessiue penetrare 7 subintrare. ¶ Ad tertiam dicit q for
ma nõ potest subintrare aliã mãm: sed tamẽ nihil prohi
bet quin eadem sit sub pluri: aut maiori mã q̃ fuit prius.
7 adducit exẽplum simile de figura di. q si figura eẽt for
ma substãtialis ad imaginationez posset p subintroitum
mãe eadẽ figura in valde magnam augeri sine sui substã
Ad 4^m tiali mutatione. ¶ Ad quartã dicit q semp aliquid ma
nebit de materia priori: qa ambe quãdo sunt sub ista for
ma nõ sunt distincte: 7 ideo qcquid remanet: remanet de
Ad 5^m. mã priori. ¶ Ad qntam dicit q augmẽtatio nõ est in in

finitũ: eo q forma ipsi⁹ viui determiat sibi certã q̃titatẽ.
¶ Ad sextam vlterius dicit q nõ est simile de igne: eo q Ad 6^m
nulla forma põt sic in sui nãm conuertẽ: nisi anima: prout
Cõmẽ. ponit in isto pmo. Et hec est positio hui⁹ opionis.
¶ Contra quã sunt alique dubitatiões in ducẽde. ¶ Pri Cõm. 38
ma est q sequereť formã partialẽ migrare de vna materia ptra istũ 5^m
in aliã. pñs est contra ipsos. 7 pbať consequẽtia: qa ca modũ.
piať pars mãe que per diminutionẽ viui resolui 7 voceť. p^m
a. Et arguitur sic. a. mã aliqua parte forme viui fuit ifor
mata. Et illa iam non est informata prout notuz est. ergo
vel illa pars forme mãsit in alia mã 7 habetur propositũ
scz q migrat de vna materia in aliã. vel nõ transit: 7 h est
simlr contra eos qui dicunt formã non extẽdi: nec dimi
nui per totam vitam. Vel manet in nulla mã: 7 hoc itez
est impossibile. ¶ Scõo vel mã adueniẽs est extensa: 7 ha 2^m
bẽs dimẽsiones quãtitatiuas: 7 si sic: cum aliã mãm pene
trat: sequiť q sit vera penetratio corporũ seu dimẽsionũ.
Vel est inextẽsa: 7 sic opz q̃titatẽ eius fuisse corruptam: 7
nõ vř a quo. Nõ. n. a mã: cũ nullius sit actiuitatis: nec a ca
lore cum potius hẽat rarefacẽ dimensionẽ 7 gñare. Nec
per modum sequele ad corruptionẽ subiecti: cum mã ma
neat eadẽ que fuit q̃titatis subiectũ sicut q̃litatũ pmatũ
iuxta pozis dicta 7 etiã iuxta auctoritatẽ Cõmen. dñtis q p ph.
dimẽsiones sunt coeterne mãe. q̃re videť sequi vel penetra cõm. 63.
tionẽ verã: vel q̃titatẽ mãe sui se corruptaz: 7 thi a nullo. 3^m
¶ Tertio supponitur q dispõ qualitatiua q̃ vnam for
mã substãtialẽ põt corrumpe sufficit pro eodez instanti: 7
dz ex necessitate mãe aliam gñare. pz: qa nisi sic mã posset
sine forma eẽ. puta si applicareť sibi agẽs: qd põt formaz
preteritã corrumpe: 7 q nõ sufficeret formam sequẽtem
gñare. quo stante arguiť. Nunq̃ potest in mã corrumpi
forma qn simul in ea alia generet. ergo nõ potest forma
viui sic deglutire p penetrationẽ mãm nutrimẽti. pseqñ
tia pz: qa nõ põt deglutire mãm cum forma: 7 añs pz per
suppõnẽ. ¶ Quarto si sic. si posset assignari rõ: quare nõ 4^m
ex aqua: vel quolibet alio: q viuũ posset intus sumptum
corrumpe: indifferẽter fieret nutritio seu augmẽtatio. cõ
seqñs est falsum: 7 ptra phm. scõo huius: 7 in libro de sen T. c. 30.
su 7 sensato: 7 in multis aliis locis. 7 tz pña. naz ex quo mã
solũ aduenit nutrito: 7 nõ remoueť noue forme gño: non
videť quare nõ quelibet mã in poris formã pore dimitte
ret indifferent: cũ nuda remaneat a forma: 7 a q̃titate de
glutireť. ¶ Ista motiua sunt ad pñũ. cui ergo placet pre
dicta opinio videat quomodo ea euadat. ¶ Sextus mo 6^m mo^s.
dus est. q per ptes forales itelligant ptes porose: 7 p ptes
mãles partes nõ porose. Et rõ denolationis est: qa partes
nõ porose nõ actualr sunt sensibiles pp paruitatẽ. Partes
aũt porose sunt actu sensibiles. Cum ergo forma dat esse
actuale 7 sensibile. Partes porose: qa sunt sensibiles par
tes dicunť formales. qa aũt mã est insensibilis partes non
porose paruitate dicũtur mãles. 7 tũc pñr dicitur q aug
mẽtatio fit fm partes formales. i. porosas vt dcm est añ. 7
nõ fit fm partes mãles. i. nõ porosas. Ecce modos cõmu
nes 7 dicitur sic de illa qõne. Et hoc de primo articulo.

Quantum ad 2^m articulũ sit h pclusio rñsalis q ž rñsalis
augmẽtatio fit fm ptes forales: 7 nõ
mãles capiẽdo augmẽtationẽ pprie pro ea que fit per in
tus susceptionẽ: pz p pcedẽtẽ qõnẽ: 7 sic vř pbabilior iter
opiniones sexta opinio dicta. Et hec de scõo articulo.

Ad rationes pncipales qõnis. ¶ Ad pmã cõ Ad p^m
cediť q fm easdẽ partes fit aug
mẽtatio 7 nutricatio. 7 distinguiť minor in qua dř q nu
tritio fit fm ptes materiales: qa ly fm: denotat q ptes nõ
porose adueniũt in nutritiõe: 7 sic cõcediť minor: 7 sic etiã
in augmẽtatione veniunt ptes non porose. Aliter võ põt
denotare q fit fz ptes mãles: ita q restauratio deperditi fit

in partibus non porosis: et sic negatur ipsa. Nam ipsa so
lum fit in partibus porosis sicut augmentatio: et ideo so
lum fit secundum partes formales: et per hoc ad probationem di
citur quod deperditio non est facta secundum partes non porosas:
quia iste non deperdiderunt: sed secundum porosas: quia iste de
T.c. 36. perdiderunt. Auctoritas autem phylosophi conceditur si
cut iacet: quia partes materiales fluunt et refluunt idest ad
Ad 2m ueniunt et recedunt partes non porose. ¶ Ad secundam di
citur quod sicut forma extenditur: ita extenditur materia nec
plus unum quam alterum: nec etiam minus: et ideo loquen
do de partibus materialibus proposito conceditur: quia au
gentur sicut formales: sed hoc nihil est ad presens: quia sic
Ad 3m non capiuntur partes huiusmodi in questione. ¶ Ad ter
tiam dico quod diminutionem fieri secundum partes materiales potest in
telligi dupliciter. uno modo quod partes materiales idest non po
rose sunt iste que post diminutionem sunt diminute. et sic ne
gatur ista: quia proprie sunt porose que post diminutionem ali
quid deperdiderunt. ubi enim aliquid deperdiderunt generatus
est porus. Secundo modo quod diminutio fiat per hoc quod materiales
idest non porose partes recedunt: et sic conceditur ipsa: et eodem
modo conceditur quod augmentatio fiat: eo quod partes non poro
se adueniunt: tamen prout ly secundum denotat partes in quibus est
augmentatio vel diminutio sola fit utriusque ipsorum secundum par
Ad 4m tes porosas: et non secundum partes non porosas. ¶ Ad 4m dicitur sicut ad
T.c. 35. secundam quod arguit de partibus materialibus proprie dictis et de
Ad 5m illis non est presens quod: quia de vera materia non loquitur Aristoteles.
¶ Ad quintum conceditur quod augmentatio fit secundum partes in
tegrales et quantitatiuas: et dicitur quod uerum est quod huiusmodi sunt materiales
uno modo. puta. prout materiale homogeneum distinguitur contra ethe
rogeneum: sed tamen huiusmodi partes quantitatiue porose sunt forma
les in proposito: et non porose sunt materiales. Et ideo ratio non procedit.
¶ Ad rationem post oppositum dicitur quod est pro con
clusione responsali secundi articuli.

## ¶ Queret autem aliquis quale oportet esse ex quo augmentum etc. T.c.xxxix. Questio xiiij.

6m Quartodecimo queritur. Utrum augmentatio ui
uentis sit motus continuus. et arguitur quod non per
T.c.41. differentiam quam Aristoteles assignat inter augmen
tationem et nutricationem. quia nutritio est motus
continuus usque ad finem uite. augmentatio non. et in his verbis
uidetur uelle augmentationem non esse motum continuum.
2m ¶ Secundo augmentatio non est motus. ergo non est motus con
tinuus. consequentia tenet per locum a toto in modo. et antecedens apparet.
quia omnis motus est de contrario in contrarium. modo augmenta
tio non est inter contraria. ergo non est motus. maior patet quinto
t.c. 26. et phicorum. et minor patet: quia augmentatio non est inter quantitates
3 pd. 47 modo quantitati nihil est contrarium per philosophum in predicamentis.
3m ¶ Tertio diminutio non est motus continuus. ergo nec aug
mentatio. consequentia tenet: quia sunt mutationes opposite. et ideo qua
ratione una earum debet esse continua eadem et alia. antecedens probatur. quia non
uidetur aliquid quod continue resoluatur a corpore nostro. cum ali
quo tempore corpus nostrum acquirat magis quam deperdidit. ergo tunc
non diminuitur. ¶ Confirmatur sic. Si fieret diminutio conti
nue hoc fieret a calore naturali. sed hoc non est dicendum.
ergo etc. consequentia tenet: et maior patet de se: quia non uidetur quod fiat continue
aliunde. minor declaratur. quia si sic idem esset corruptiuum carnis
et generatiuum eiusdem. ¶ Item idem esset actiuum ad sui corruptionem.
¶ Item idem corrumperet carnem et aliam generaret. ex ista conse
6 quentia uidentur sequi inconuenientia. Primum. quia idem non
T.c. 55. uidetur causa contrariorum: cum idem inquantum idem semper sit
aptum natum facere idem. capitulo nono huius secundi.
2 Secundum inconueniens. quia frustra calor primam carnem corrum
peret: et aliam generaret: cum prior sit purior quam secunda poste
3 rior genita. Tertium. quia quodlibet ens diligit se permanere

ut ante dictum est. Probatur tamen prima consequentia: quia si
calor naturalis esset corruptiuus carnis eo quod ipsam con
tinue resolueret: et generatiuus noue: eo quod ex cibo nouam
generaret. Secunda quod calor naturalis non resoluit carnem: ni
si ut se nutriat ut actiones uiuentis facere possit. et ex conse
quenti aliam carnem generaret. ¶ Et tertia quia deficien
te carne necesse est calorem deficere: cum calor non possit sta
re sine humido. ut in de longitudine et breuitate habetur
sufficienter. Cum ergo calor resoluendo carnem agit ad de
structionem carnis. sequitur quod agit per modum sequele
ad destructionem sui: quod fuit ultio probandum. ¶ Quar 4m
to augmentatio est conuersio nutrimenti: sed ista non est con
tinua. ergo nec augmentatio est motus continuus. conse
quentia tenet. et antecedens pro prima parte est manifestum per dif
finitionem augmentationis. Et pro secunda parte patet. quia corru
ptio forme cibi non est continua. cum aliquando cibus non sit in cor
pore ut tempore magne famis. ¶ 5 nutritio non est continua. ergo 5m
nec augmentatio. tenet consequentia. quia non semper nutritur animal. quia si
animal semper nutriretur. non esset ratio quare famesceret.
¶ Sexto arguitur auctoritate commentatoris 8° phisicorum 6m
uolentis quod augmentatio non sit motus continuus: quod probat comm. 23.
ratione sic. In omni motu continuo cuilibet parti corporis de T.c. 113
bet correspondere aliqua pars dispositionis secundum quam est mo T.c. 32.
tus. Sed hoc non est possibile in augmentatione unius an
ni. ergo etc. tenet consequentia et maior satis habetur a philosopho 4° et sexto phi
sicorum: eo quod motus et tempus proportionabiliter diuidun
tur. et minor patet: quia si aliquid augmentaretur per unum annum
acquirendo quantitatem digitalem: non uidetur possibile quod cuilibet parti
anni correspondeat aliqua pars illius quantitatis digitalis.

In oppositum est phylosophus primo huius. et T.c. 25.
quinto physicorum. dicens augmen et 31.
tationem esse motum. Et si debet esse motus: oportet quod sit motus T.c. 18.
unus: cum idem sit motus et motus unus. homo et unus et 19.
homo. propositio: et una propositio. primo elencorum. Et
ultra. sequitur. augmentatio est unus motus. ergo est con
tinuus motus. cum quinto physicorum dicatur. quod de ratione unius T.c. 34
motus est continuitas et non interruptio temporis. et 39.
¶ In ista questione primo uidendum est de causis nutricationis et augmen
tationis. 2° uidebitur de continuitate nutricationis et augmentationis.

Quantum ad primum articulum est primo sciendum quod ca 1m 1o
lor naturalis continue agit in corpus et humi
dum radicale: et etiam cibale continue consumendo. probatur. quia nisi sic
esset: non esset ratio quare animal indigeret nutrimento. consequens est falsum:
et contra experientiam. quia experimur animal indigere nutrimento. Modo oportet
huius indigentie aliquam esse causam: et patet assumptum. quia si non desic
caretur humidum radicale: sequeretur quod animal sine cibo longo tem
pore posset manere: sicut cum cibo. eo quod cibus nihil aliud ad
dit quam restaurationem humidi. ¶ Ex alio patet hec suppositio. quia 2
philosophus comparat calorem ad corpus sicut in lampade ignem ad ole
um. modo ignis desiccat et consumit oleum. ergo sic calor naturalis de
siccat humidum corporis. Et ex alio tertio persuadetur. Nam 3
primo docet experientia quod animal actus suos exercens indiget
spiritibus: propter quod si iunctura membri fortiter ligetur ut per liga
turam aduentus spirituum impediatur patitur membrum illud tremo
rem. et deficit eius regimen conueniens. ¶ Item isti spiritus con
tinue resoluuntur. quia membrum patitur tremorem. patet: quia ali
ter non indigeremus ipsorum continuo aduentu: quod eadem
experientia docet esse falsum. ex quo oportet quod continue generentur
huiusmodi calores et spiritus. et tamen non possunt generari. nisi
ex materia apta: et nec apparet alia materia in corpore disposita ad
hoc nisi humidum: oportet ergo in hac generatione humidum desiccari.
¶ Quarto persuadetur quia cum membra animalis sint difformi 4
ter calida necesse est ut mutuo se calefaciant et alterent. et ex
consequenti continua alteratione resoluant. ¶ Secundo est intelligen 2m no
dum quod ad istam consumptionem iuuat medium extrinsecum: eo quod
ipsum continue alterat nostrum corpus. iuuat etiam motus. iuuat et

ciberis calidis: ꝛ vltimate tunat studiū. Nā oīa ista habēt
Dubiū desiccare corpus nostrū. ¶ Sꝫ contra primū dcm̄ diceret
quis. quō calor nālis possꝫ agere in humidū cū humidum
sit eius ꝓpriū subm̄: ꝛ accñs nāle subiecto non agit ad ip/
2 sius corruptionē. ¶ Scdo. naꝫ calidū nō cōtrariatur hu/
midō. ergo nec agit in ipsum humidū. tenet ꝯsequentia: qꝛ
Rᵒ ratio corruptiua est rōne ꝯtrietatis. ¶ Ad primum dicunt
aliqui ꝙ calor nō agit in subiectum in quo adequate exi/
stit. Sed bene cū partes sunt difformiter calide ipse calor
qui est in vna parte: agit in humidum qđ est in alia parte.
¶ Aliter dicitur ꝛ iudicio meo melius: ꝙ calor nālis est
quedam substātia subtilis calida que nulli inheret vt sub/
iecto: sed ipsi humido est in multis partibus cōmixta. hoc
ergo agit generando sibi simile in ipso humido: ꝛ tunc ces/
sat ratio de subiecto. qꝛ humiduꝫ non est caloris subiectū:
Ad 2ᵐ cum ipsum non sit accñs. ¶ Ad scdm̄ dr̄ ꝙ calor natura/
lis qui est quasi ignis bene est multū siccus: ꝛ iō rōne sicci/
tatis humiduꝫ corrūpit: ꝛ aperiēdo poros de per accñs se
ipsum caloreꝫ resoluit: ꝛ etiā dr̄ ꝙ calor est magis calidus
q̄ꝫ ipsum humidū: ꝛ iō agit in ipsum: ipsum vlterius cale/
faciendo: ꝛ sic pꝫ: ꝙ rōne duplicis ꝯtrietatis calor agit ī hu/
3ᵐ nōn̄ midū. ¶ Ex his duobus notabilibus sequitur tertiuꝫ no/
tabile: ꝙ necessaria est aīali seu viuo (si debeat longo tēpo
re viuere ꝛ manere) nutricatio: pꝫ: qꝛ nisi fieret restauratio
deperditi corporis actione prius posita totaliter desiccaret
ꝛ deficeret vita: ꝛ ideo cum deus ꝛ natura non agant fru/
stra: nec abundent in superfluis: nec deficiunt ī necessarijs.
T.c. 45 3ᵒ de aīa. dederunt animali nutritionem.

Ex his p̄nt inferri ꝯnes: quartū prima est hec. Calor
pᵃ ꝯ. nālis est cā efficiēs nutritionis: ꝛ ex cōsequenti
augmētationis: pbaꝛ: qꝛ ad nutricationē requirit ꝯuersio
nutrimēti: sepatio boni: ꝛ cōuenientis a malo ꝛ discōuenien/
ti. talia. n. fieri nō possūt nisi mediante calore efficiente. er/
go cōclusio vera. ꝯñtia nota est. ꝛ añs pro pᵃ pte pꝫ. ꝛ p 2ᵃ
probaꝛ. qꝛ frigidū hoc nō pōt facere cū simplr̄ habeat cō/
gregare: īmo etiā frigidū frequēter cōuenit nutrimēto cuꝫ
ipsum sit frigidū. ꝛ per ꝯñs nō agit in ipsuꝫ. pꝫ ergo. ꝙ hoc
facit calidū: cuius ē cōgregare hōgenea ꝛ segregare ethe/
2ᵃ ꝯ rogenea. ¶ Scda cōclusio: ꝙ aīa est ṗncipalis cā nutrica
T.c. 38, tionis ꝛ augmētatiōis. pbaꝛ rōne cōi 2ᵒ de aīa. qꝛ nisi sic: se/
ꝛ. 39. queret ꝙ aīal deberet hre supius oīa leuia. puta calores ꝛ
spūs: ꝛ inferius oīa grauia: ꝯñs est incōueniēs: ꝛ contra ex
perientiā. Nam ita sunt ossa in capite ꝛ augmentātur ibi/
dem: sicut in pede: ꝛ calor in pede sicut in capite. ꝛ probaꝛ
ꝯñtia. ꝙ si solū agunt q̄litates elementales ꝛ non forme:
tunc nō est rō: q̄re grauia ascendunt ꝛ leuia descendūt: q̄/
re relinquitur ꝙ huius opationis aīa sit cā mouens graue
nutrimentū sursum: ꝛ leue deorsum sm̄ cōuenientiā natu/
3ᵃ ꝯ re aīalis. ¶ Tertia cōclusio. ad ī tā nutricationem cōcur/
runt effectiue q̄tuor virtutes quas medici ponunt in quoli
bet mēbro. s. attractiua nutrimēti: retētiua eiusdem attra/
cti: digestiua assimilatiua ꝛ vnitiua attracti: ꝛ expulsiua su
perflui: qđ pꝫ. qꝛ si aliq̄ istaꝝ vel in pte vel in toto deficeret
aīal suas opationes. puta nutricationē ꝛ augmētationem
pficere non posset. ¶ Quarta cōclō. cā mālis huius nutri
4ᵃ ꝯ cationis est nutrimentū aut mā eiusdem. pꝫ: qꝛ ex istis fiunt
iste nutritiōes. ¶ Quinta cōclusio est. cā formalis huius
5ᵃ ꝯ nutricationis non est alia q̄ꝫ ipsemet mutationis in suis p/
tibus cōtinuate. pꝫ: qꝛ forme nō est forma: cum ergo ipse
mutatiōes sint forme: ipse nō hnt aliquā aliam cāꝫ forma
lem q̄ꝫ suā cōtinuitatē in ptibus: qđ est ꝓpositū. ¶ Sexta
6ᵃ ꝯ ꝯclusio: cā finalis nutricationis ꝓpinqua est salus indiui/
dui: ꝛ remota est salus spēi. Sed augmētationis propinq̄
est: vt ipsum indiuiduū suā debitam acqrat q̄ꝫtitatem: re/
mota eadem que est nutricationis. pꝫ ista ꝯ. quo ad primā
partem. qꝛ ex tertio notabili sine nutricatione nō posset p/
manere ꝛ saluari idiuiduū: ꝛ ideo causa finalis eius est sa/
lus ipsius indiuidui. ¶ Iteꝫ indiuiduū non potest perma
nere idem numero: nec generare nisi nutriatur. ideo natu/
ra vltimate idiuiduum: saltem perfectum per nutricatiōeꝫ
intendit generare sibi simile. Et hoc est salus speciei cum p
hoc species perpetuetur. ¶ Et sic proporcionabiliter dica
tur de augmentatione: quia proprie ꝛ imediate natura in/
tendit ꝙ viuum habeat suam debitam q̄ꝫtitateꝫ ꝛ vltima
te: qꝛ nisi ipsum viuum sit perfectum sua q̄ꝫtitate cōuenien
ti sibi nō potest generare: ideo intēdit in augmentatione ge
nerationem sibi similem pro salute speciei: ꝛ sic patent oēs
cause nutritionis ꝛ augmentationis.

3° ¶ Tertio illud dictum videtur contra communem animi conceptionem. cuꝫ ergo agens resistit ꝛ fortius resistit q̄ passum possit agere: quomodo possit passum in ipsum reagere non videtur: cui concordetur experientia: quia videmus q fortius respectu eiusdem passi fortius agit ꝛ nō videtur esse nisi quia super resistentiam magis potest.
4m ¶ Quarto. non videtur quare non eodem modo in motu locali potest agere minus in maius. Sed bene forte dicunt q minus non potest agere in maius: sed forte reagere: sed cōstat q hoc nihil valet: quia reactio est actio: licet forte non esset ita fortis: sicut actio principalis. ¶ Secundo. quia sicut isti concedunt q minus pōt reagere in maius: ita ꝛ fortius habent concedere q equale potest agere inequale: ꝛ ibi nō possunt assignare quid sit principalius agens ex quo equalia sunt: ideo cuꝫ philosophie principia in omni actione dicant virtutes agētes debere excedere resistentiam passi: ꝛ isti hoc negent: constat modos dicendi eoꝝ principijs philosophie repugnare.
2° mod°. ¶ Secundus modus dicendi est q q̄uis reagentis virtus passiua non possit agere in totum agens: tamen in paruam partem agentis sibi propinquiorem: cuius resistentia est minor q̄ virtus eius actiua bene potest agere: ꝛ sic principalis actio erit a proportione maioris inequalitatis: ꝛ reactio in illaꝫ partem paruam etiam erit a proportione maioris inequalitatis.
ꝯ scdm modū. ¶ Sed iste etiam non potest stare: quia quandoq̄ videmus q totum agit: ꝛ totum patitur: sicut in vera mixtione omnia mixtibilia agunt: ꝛ omnia repatiuntur: ideo oportebit dicere vel q idem erit fortius ꝛ debilius vel q a proportione minoris inequalitatis fiet actio.
2m ¶ Secundo si ille modus esset verus in omni actione erit reactio: vbi est agens cum passo sufficienter approximatum. cuius oppositum dictum est ante. ꝛ probatur consequentia. quia si sic semper erit accipere aliquam partem agētis ita paruam: q erit minoris resistentie quam erit passum virtutis actiue.
3° mod°. ¶ Tertius modus dicendi est q omne agēs dum agit repatitur non a passo suo: sed a circunstante. puta a medio: sicut est aer vel aliquod huiusmodi: vel est a remotis: sicut celum est: ꝛ ideo isti negant reactionem: licꝫ dicant q agens repatitur per influentiam.
ꝯ tertiū modū. ¶ Improbatur iste modus: qꝛ sensus docet q idem ferrū: quod calefacit
2m aquā cui imponitur infrigidat ab eadē vt prius dictū est. ¶ Scdō sicut influentia agit in agēs: ita agit in passuꝫ. ꝛ

ideo non plus dꝫ agens propter eam dici agens q̄ passus
3^m ¶ Tertio semper agens est in loco suo naturali: vbi influ
entia magis videt influere pro eius salute: q̄ pro eius de
structione. cum ens nāle nāliter conseruet in loco nāli. vt
habet 4° physico. ergo videt q̄ agens non debꝫ sic repati
T.c.48. ¶ Quartus modus dicēdi est. agens in agendo non pro
4. mod° prie repatitur: sed quodammodo fatigatur: ⁊ propter hoc
Cō.38. eius virtus apparet remitti. vnde commentator. 8. physic.
ostēdit. q̄ virtus materialis est fatigabilis: ⁊ causa fatiga
Ꝯ 4^m tionis est eam esse in mā. ¶ Contra illam arguit sic. sola
modum fatigatio non remittit virtutem: sed in aliqua reactione est
vera remissio virtutis. ergo reactio non fit per solam fati
gationem. maior pꝫ. q̄ virtus animalis sola fatigatione
non remittit: sed lassatur. immo si fiat remissio virtutis nō
solum est fatigatio. sed vera passio. minor pꝫ in reactione
miscibilium. vbi cuiuslibet virtus remittit ⁊ ad medium re
2^m ducitur. ¶ Secūdo. si caliditas ⁊ frigiditas sint ambe sū
me: apparebit ibi vera passio mutua. ⁊ tñ fm illum modū
nō dꝫ ibidē esse fatigatio. eo q̄ q̄ rōne vna illarū q̄litatum
fatigari diceret: cū sint eq̄les seu sūme: diceret ⁊ alia. ¶ 3°
oīa fatigatio est p actione ꝯriorum. ḡ omne qḋ fatigat de
3^m patit: saltem in aliqua qualitate. ergo si agēs in agēdo fa
5° mod° tigat ipsum de repatit. ¶ Quintꝰ modus dōi est supponē
do q̄ vna qualitas actiua non est sine alia: sicut frigidi
tas nō stat qn stet cū humiditate aut siccitate: ⁊ q̄uis ille
essent eq̄les in latitudine: tñ sunt ineq̄les in actiuitate: ⁊ iō
natura igeniauit: q̄ si caliditas est fortior frigiditate: tūc
humiditas coniuncta frigiditati est fortior siccitate l agē
do coniuncta caliditati. ⁊ ideo isti dicunt q̄ si ignis agat
in aquam caliditas eius remittit frigiditatem aque: tunc
humiditas aque reagit remittendo siccitatem ignis: ⁊ tūc
ex consequenti per modum sequele remittit caliditas eius
dem: ex q̄ pꝫ q̄ caliditas agit in frigiditatē: ⁊ humiditas
actiōe ꝯria reagit in caliditatē. ⁊ sic pꝫ q̄ sp fortius agit in
debilius. cuꝫ caliditas sit fortior frigiditate: ⁊ humiditas
siccitate: in quā pmario agit. Et sic pꝫ solutio pme dubita
Ꝯ 5^m mo tionis seu rōnis. ¶ Sed ille modus non vr̄ valere primo.
dum. q̄ in mixtione ambe qualitates ignis tam caliditas q̄ sic
citas agunt ⁊ patiuntur: ergo non solum sic fit reactio cō
sequentia tꝫ. q̄ sic oporteret q̄ eadeꝫ qualitas que agit re
patit. aīs pꝫ. q̄ si vna eaꝝ non ageret non videretur quid
corrumperet frigiditatem ⁊ humiditatem: cum ipse preci
pue videntur eis cōtrarie: ⁊ si non paterentur sequitur q̄
aliqua earum manet in esse suo intēso: quod non est possi
2^m bile. q̄ sb tali esse non potest generari forma mixti. ¶ Se
cundo. quia si sic. caliditas aeris nō deberet agere in aquā
⁊ repati a frigiditate eius. consequens est contra experien
tiam. q̄ videmus q̄ ab aere calido calefit aqua: ⁊ etiā aer
prope aquam est plus recens ⁊ frigidus q̄ remote ab ea. ⁊
probatur consequentia. quia ibi stat caliditas ⁊ frigiditas
ambe cum humiditate. ergo per modum quem dixit opi
3^m nio precedens caliditas non potest repati in agendo. ¶ 3°
q̄ aqua calida commixta frigide remittit eius frigiditatē
⁊ remittitur in caliditate ab eadem. ergo modus ille nō va
let. consequentia tenet: quia in isto casu taꝫ caliditas q̄ fri
6°. mod° giditas agentis stant cum humiditate. antecedens est no
tum: per experientiam: vt ante dictum est. ¶ Sextus mo
p° suppō dus dicendi est procedens ex suppositionibus: quarum p
ma est hec. q̄ omne agens multiplicat virtutem suam: cir
ca se ad moduꝫ spere: ⁊ est fortior in loco propinquo: in re
T.c.78. moto vero debilior. ⁊ patet hec suppositio auctoritate cō
mentatoris secūdo de anima. tractatu de sono. ⁊ lincolnē
2° suppō se tractatu de radijs. ⁊ eandem cōmuniter ponunt perspe
ctiui. ¶ 2° dicit. q̄ fm illam virtuteꝫ ⁊ gradum quem ha
3° suppō bet a distantia data semper assimilat sibi passum inquan
tum potest. ¶ Tertio supponit si est aliquod agens con
trarium sibi: q̄ similiter influat vnam virtutem vndiq̄.
tunc si approximetur fiet vna virtus media mixta ⁊ quic
quid ponetur vbi est talis mixtio illud fiet sub q̄litate me
dia. ¶ Ex quo patet quarto. q̄ quando vnum agens po 4° suppō
nitur inter medias virtutes alterius: tūc fit quedam mix
tio ex istis virtutibus: ⁊ inde ē q̄ illa virtus media vel mix
ta facit vnumquodq̄ illorum talem actu qualis ipsa est
in virtute: ⁊ ideo virtus que tendit ad mixtionem ⁊ ad me
dietateꝫ: ⁊ recedit ab extremo: ⁊ sic vtrūq̄ patitur. ¶ Ex
ista imaginatione soluetur prima difficultas dicendo q̄
hec virtus mixta respectu cuiuscunq̄ agentis tam princi
palis q̄ passi habet proportionem maioris inequalitatis:
⁊ ideo sic non est inconueniens q̄ agens in agēdo repatia
tur. ¶ Sed contra istum modum arguitur: posito q̄ ca Ꝯ 6^m
liditas ⁊ frigiditas sic approximentur ⁊ agunt per modū modum
duarum sperarum: vel intelligunt de se realiter. q̄ multi
plicent duas virtutes eis similes: vt caliditas caliditatem:
frigiditas frigiditatem: que fiant vna virtus in medio in
quo congregantur: ⁊ si sic. tunc stat ratio. vt prius scilicet
q̄ si caliditas. vt decem repatiatur vt octo a proportione
minoris inequalitatis fiat actio similiter. q̄ in primo pe
dali ignis q̄ repatietur solum secundum illud pedale ca
liditas simul intenditur ⁊ remittitur adequate. Si autem
intelligāt q̄ caliditas de se multiplicat species caliditatis
que non sunt formaliter caliditas ⁊ frigiditas species frigi
ditatis: sed species caliditatis sunt virtualiter generatiue
caliditatis ⁊ proportiōabiliter species frigiditatis. tūc ma
le dicunt. q̄ ex istis duabus speciebus fiat vna virtus. nam
secundum veritatem species virtutum consimiliuꝫ vt duo
lumina non possunt vniri. ergo species virtutum contra
riarum a multo non minori possunt vniri. consequentia te
net per locum a maiori. ⁊ antecedens dictuꝫ est in precedē
ti q̄one. ¶ Scdo. fm illum modum si calidum ⁊ frigiduꝫ 2^m
tangerent se non deberet esse reactio. sed hoc est falsum. q̄
fortior est reactio. vt docet experientia: ⁊ probatur conse
quentia. q̄ lꝫ calidum ⁊ frigidum actionem suam circa se
sperice producant. tamen in se non producunt. ergo cum
tangunt se virtutes sue non sic vniuntur: ⁊ fiunt media vir
tus per quam fiat illa reactio. ¶ Tertio si calidus ⁊ frigi 3^m
dum fuerint ambo fortia: tunc quocunq̄ modo illa virtꝰ
fieret vna cum ipsa. prope calidum enim esset fortior l cale
faciendo: ⁊ prope fridum in frigefaciendo. prout docet ex
periētia: ⁊ ex cōseq̄nti nō vr̄ quō per illum modum saluāt
difficultates qn medium calefieret ⁊ frigefieret: qn calitas
in eodem pedali ignis simul intenderetur ⁊ remitteretur
qn a proportione minoris inequalitatis posset esse actio:
cum illa vtus ad medium reducta sit minor q̄ aliqua vir
tutū contrariarum a quibus generatur. ⁊ tamen ab ea fit
actio in quolibet extremorum. ⁊ ideo illum modum sicut
precedens relinquimus. ¶ Videt ergo omnibus his pro 7 mod°
babilior esse alius modus dicendi conueniens dictis: q̄ lꝫ
eadem vtus agit ⁊ resistit: tamen fortius agit frequenter q̄
resistit. ⁊ ideo q̄ actio fit fm proportionem: potentie agen
tis ad suam resistentiam: ⁊ quelibet tam caliditas q̄ frigi
ditas fortius agit: q̄ alia resistit: quelibet ipsarum agit in
alteram. ⁊ sic fit actio vbiq̄ a proportione maioris inequa
litatis. q̄ a virtute fortiori in agēdo: q̄ est vtus passiua in
resistendo. ¶ Sed forte qs instabit dicens idem est calidi Contra
tatem agere ⁊ resistere. ergo tantum resistit sicut agit: con p^m
sequentia tenet: ⁊ antecedens patet. q̄ vtraq̄ illarum est
caliditas. ¶ Secundo. nam actio fit fm proportionē po^e 2^m
mouentis ad resistentiam: sed actiuitas ⁊ resistentia sunt
caliditas ⁊ frigiditas. ergo actio fit fm proportioneꝫ cali
ditatis ⁊ frigiditatis. ¶ Tertio si sic pari ratiōe posset cō 3^m
cedi q̄ in motu locali. a. potest mouere. b. ⁊ econuerso: qa
diceretur. q̄ licet. a. sit fortius ad mouendum. est tamen

4^m debilius ad resistendum. ¶ Quarto q2 potentia calidita
tis in agendo potest diminui: et sic esset debilior et in agen
do et in resistēdo. ergo tūc nō reagit. ¶ Ad illa respōdet.
Ad p^m. ¶ Ad primum ꝙ idem est caliditatem agere et resistere:
sicut rō dicit. et negeť consequentia qua inferť. ergo actio
fit ſm proportionem caliditatis et frigiditatis. ergo tm̄ re
sistit sicut agit: et rō est. q2 non sequiť in simili. idem est sor.
amare et credere: supposito ꝙ sor. amet et credat. ergo sor
Ad 2^m tes tm̄ amat sicut credit. ¶ Ad secundum posito ꝙ actio
fit ſm proportionem po^e mouentis ad suam resistentiaȝ.
et etiam ꝙ ille po^e sint caliditas et frigiditas. negať conse
quentia qua inferť. ergo actio fit ſm proportionem calidi
tatis et frigi. vnde in simili nō sequiť. posito ꝙ sor. est mihi
benefaciēs: et magnus amicus. et fratris mei inimicus. tūc
argueretur sic. diligo sor. ſm ꝙ est benefaciens mihi. sed ipse
mihi benefaciens est fratris mei inimicus. ergo diligo eū
ſm ꝙ est fratris mei inimicus. constat enim ꝙ antecedēs
est verum. et consequens falsum. nec potest reduci ad bo
Ad 3^m nam formam sillogisticam. ¶ Ad tertium diciť. ꝙ nō est
simile de motu locali: et motu alterationis. q2 duo sibi̇̄ui
ceȝ proxima bñ possunt alterari: alterationibus cōtrarijs.
sed non possunt moueri motibus contrarijs. q2 non seinui
cem possūt penetrare. et est alia dissimilitudo: que diceť ēt
Ad 4^m soluendo dubitationes principales. ¶ Ad quartum con
cediť. ꝙ caliditas potest remitti in agendo: et ꝙ fieri potest
ꝙ in instanti tali sit minor: et in agendo et in resistendo q̄3
frigiditas. et concediť ēt ꝙ tūc nō reagit in frigiditatē. Et
hoc est dictum in scđa ꝯne secundi articuli.

Ad rōnes principales adductas I tertio arti. Istis premissis rñdeť ex isto 7° mō ad rōnes
et ad dubitationes principales
omnes ad hoc adductas. ¶ Ad pmum negať ꝯña: q̄ infer
tur ꝙ actio fiet a proportione minoris inequalitatis. Et ad
probationem cōcediť ꝙ caliditas vt deceȝ agat in frigidi
Ad p^m tatem: vt octo: et ꝙ repatieť ab eodem: quando dr̄. ꝗ min^s
agit in maius: distinguiť cōsequēs: eo ꝙ vel est sensus. ꝙ
qualitas hñs pauciores gradus agit in qualitatem habē
tem plures gradus. et sic cōcediť ꝯña et ꝯña. sed tunc nō cō
cediť ꝙ sit actio a proportione minoris inequalitatis. naȝ
frequenter qualitas habens pauciores gradus est fortior
in agendo: q̄3 alia habens plures in resistendo. Alio mo
do sensus cōsequētis pōt esse ꝙ minor qualitas in agendo
agit in maius. i. in qualitatem maioris ṽtutis in resistēdo:
et isto mō negeť ꝯña. q2 lȝ frigiditas hēat pauciores gra
dus: est tamen fortior in agendo: q̄3 caliditas in resistēdo
Ad 2^m ¶ Ad scđam dubitationē dr̄. ꝙ non est sile de alteratiōe.
et de motu locali: et causa triplex potest assignari. ¶ Pri
ma. q2 qualitas motiua localr̄ de per se non mouet mām
extrinsecam: sed intrinsecā. quare non hȝ a qua patiať. ca
liditas autem que est qualitas alteratiua: alterat qualita
tem extrinsecā. ¶ 2° est. q2 vt dictuȝ est duo corpora iuxta
posita possunt bene alterari: alterationibus contrarijs. sȝ
moueri motibus contrarijs non possunt. q2 penetrarēt se.
¶ 3° dña est. q2 qualitas. s. motiua localr̄ eodem conatu
agit et resistit: vt tanto conatu precise grauitas resistit mo
uenti sursum: quanto conatu si est extra locum conať mo
ueri deorsuȝ: sed oppositū est i qualitatibus actiuis altera
tiue. q2 caliditas et frigiditas multo maiori conatu agūt
in extrinsecū q̄3 resistit: quapropter est pōle in motu altera
tionis duas qualitates sic se habere: ꝙ quelibet excedit in
agēdo aliam in resistendo: quare fiet inter eas reactio. sed
in motu locali non est sic. q2 quelibet duarum qualitatuȝ
motiuarum excedit aliam in mouendo et in resistendo. cū
Dubiuȝ equalr̄ resistunt et mouent: vt dictum est. quare ibi mouēs
in mouendo non remoueť. ¶ Sed diceres. nunqd in mo
tu grauis deorsum grauitas mouēs diuidit medium: et sic
agit in extrinsecum. ¶ 2°. q2 videť ꝙ pondus cōpmat ho
minem portantem. et sic agit in ipsum: et tamen portať ab
eodeȝ. ¶ 3°. q2 videť ꝙ homo ṽtute sua potest mouere la
pidē sibi extrinsecuȝ. quare vr̄ ꝙ mouens localiter potest
mouere extrinsecū: sicut mouens alteratiue. ¶ Diciť ꝙ h
oia moueni a ṽtute motiua secundario et de per accidens Re
et non de per se. vel sicut immediatum motuȝ. exemplum.
graue descendens diuidit mediuȝ de p accñs. puta q2 sine
hꝫ diuisione non pōt descendere. silr̄ graue portať ab ho
mine aut pꝫciť: q2 talis homo p mouet se: aut sui ptes 3°
graue portatum agit comprimendo hominem. hoc nō est
localr̄. ¶ Ad 3^m dubitationem dr̄ negando ꝯñtiaȝ qua Ad 3^m
inferť ꝙ agēs non possit assimilare sibi passum. Ad pba
tionē admittiť ꝙ qualitas sit vt decē ante actionē: et ꝙ re
patiendo remittať: et fiat vt nouem: et ꝯňr diciť. ꝙ q̄3diu est
vt nouem non generabit caliditatem: vt decem: sed post q̄3
superauit frigiditatem in tāto ꝙ plus sufficit resistē q̄3 fri
giditas agere: tunc reducet se ad pstinum gradum calidi
tatis: puta ad gradum vt decē. sicut aqua calefacta remo
ta a calefaciente redit ad pstinū gradū frigiditatis. et tunc
reducta poterit caliditatē: vt decē generare. ¶ Ad q̄rtam Ad 4^m
negať ꝯña: q̄ inferť sequereť ꝙ ideȝ moueret motibus cō
trarijs. Ad pbationē admittiť ꝙ nihil agit in distans nisi
pus agat in ppinquū. et silr̄ admittiť ꝙ ignis agat i aquā
p pedale aeris mediū et repatiať: et stante casu diciť ad ar
gumentū vltra ꝙ ignis in agendo in aquam caliditatem
pducit eā in q̄libet pte aeris mediam: et negať ꝯña q̄ infer
tur vltra: ergo aer medius calefit: si diceť ꝙ calefieri non
est aliud q̄3 in q̄libȝ pte recipe caliditatem. dr̄ ꝙ hoc non
sufficit: imo opȝ ꝙ q̄libȝ pars recipiat plus de caliditate q̄3
recipit sil' de frigiditate: aut q̄3 amittit de caliditate. modo
sic nō est in pposito. nā esto ꝙ p totum aerem generet ca
liditas. tñ sil' gñať ab agēte frigido frigiditas et remittitur
caliditas. ideo non procedit. ¶ Ad rōnem arguentem ꝙ
aer medius frigefit. eodeȝ mō rñdeť. et iō dr̄ vltra. ꝙ si illa
agētia in agēdo sunt eque fortia vnū in gñando calitatē.
et aliud in gñando frigiditatē: et tūc mediū p medietate p
pinquiore calido calefit. q2 ibi plus recipit de caliditate q̄3
de frigiditate. eo ꝙ ppinquus calido est q̄3 frigido ſm illā
ptē: et ſm aliam medietatē ppinquorem frigido gñať plus
de fridditate in eo q̄3 de calitate: et sic ſm illā parteȝ frigefit.
si aūt vnū illoꝝ agentium poneret fortius in agēdo q̄3 ali
ud tūc pportionabilr̄ ſm ꝙ eēt fortius maiorē ptē mediū
sibi in q̄litate sili disponeret: et aliud minorē. ¶ Ad 5^m du Ad 5^m
biuȝ negať ab oībus cōcorditer ꝯña q̄ inferť. ꝙ idē eodeȝ
tpe adeq̄te intēdereť et remittereť in caliditate. Et ad pba
tionē ꝯňe dicūt aliq. ꝙ esto ꝙ agens sit ignis. et voceť a. et
aq̄ passa: et voceť. b. et p pedalis ignis repassa c. dicūt aliq
ꝙ aq̄ potētior est ad infrigidādū. c. q̄3 residue ptes ignis
ad calefaciendū. eo ꝙ aqua hȝ respectu eius maiorē con
trarietatē. mō actio est rōne ꝯrietatis. ¶ Sed re ṽa illud ꝯ rñ.
nō vr̄ stare. q2 sic ignis nō deberet forti^s calefacere manū
meā q̄3 aquā: aut lignū: aut ēt oleū. imo multo remissius
q2 multo minus ꝯriať manui mee: aut oleo q̄3 ignis: aut
aq̄ falsitas ꝯñtis apparet experientia. q2 stati intense calefa
cit manū: aut oleū: nō āt facit h aq̄: aut ligna: et ex alia. nā
virtus actiua multiplicatur sperice circa agens ceteris pa
ribus eque fortiter ad equalē distantiā. ꝗ cū illud sit eque
forte: et agat tm̄ quātū possit: si inueniat ꝯriū min^s resistēs
ei: fortius in ipm̄ aget: q̄3 si fortius ꝯrium in eadē distātia
et maioris resistentie inueniret: et tenet ꝯña. q2 actio attēdiť
ſm proportionem potentiarum mouētū ad suas resisten
tias. ¶ Aliter dicunt aliq̄. ꝙ facilius est continuare motū Alia rñ.
q̄3 incipere. et tunc dicunt ꝙ residua pars ignis in. c. non
agit quādiu. c. est sibi simile. eo ꝙ oīno est similitudo. sed
post q̄3. c. factū est dissimile incipiet agere. ideo dicūt ꝙ tē
pus hȝ ante q̄3 residue partes ipsius. a. calefaciunt ipsum

x.eo ꝙ b.incipit ipsũ infrigidare:⁊ residue partes ipsius
3 rñ. a.non inceperunt eum calefacere. ❡ Sed ex isto dicto nõ
soluitur ratio.q2 si residuum ipsius a.vocetur d.⁊ argua
A tur vt prius.d.incipit in aliquo instanti calefacere.c.q3.b.
ipsum in frigiditate.ergo tempus medium erit inter illa instã
D C B tia.⁊ in tempore isto b.de necessitate inducit aliquam frigi
ditatem in.c.cũ.d.steterit immediatum contrarium sibi:⁊
habens super ipsum proportionem maioris inequalitatis
⁊ non egit in ipsum.ergo duo contraria stant aliquo tem
pore immediata non impedita:quorum vnum in agendo
excedit resistẽtiam alterius.⁊ tñ nõ egũt:qḋ ẽ impossibile.
Alia rñ. ❡ Aliter ⁊ probabilius dicũt alij ꝙ in casu isto imediate
post hoc demonstrãdo instãs in quo b.incepit reagẽ c.fri
gefiet ⁊ calefiet:⁊ vltra negant ꝯñtiaȝ qua infert.ergo simul
calefit ⁊ frigefit.item dicũt ꝙ immediate post h̃ per prius
frigefiet q̃ȝ calefiet:⁊ si inferret aliquis.ergo prius calefit
q̃ȝ frigefit.negetur ꝯñtia.eo ꝙ arguitur a termino stan
te ꝯfuse tñ ad eundem stãtẽ determinate.⁊ sic adhuc non
Alia rñ. vr̃ rõ soluta. ❡ Jõ aliter põt dici euadendo difficultatem
ꝙ in hoc casu.b.reagit in.c.⁊ ꝙ.b.introducit aliquã frigi
ditatẽ:prout ly introducit facit terminũ stare confuse tñ:
nullã tñ frigiditatẽ introducit:tũ q2 nullius latitudĩs fri
giditatẽ introducit.tũ q2.d.po ignis citius incipit.c.pteȝ
calefacẽ.⁊ p hoc rñdetur ad formam argumẽti admittẽ
do totum casum:⁊ quando dr̃.b.reagẽdo:agit in.c.ꝯcedi
tur.⁊ negeẽ ꝯña qua infert.ergo aliquã frigiditatẽ intro
ducit in ipsũ.⁊ ad ꝓbationẽ cũ dr̃ si reagit.ꝯstat ꝙ nihil
nisi frigiditatẽ ꝯcedit.prout ly frigiditatem supponit con
fuse tñ:⁊ ꝙ reagit frigiditatẽ:nullã tñ frigiditatẽ reagit:⁊
ideo ratio nõ procedit:⁊ sic faciliter:lȝ logice euadet diffi
Alia rñ. cultas. ❡ Aliter ⁊ philosophice magis potest dici ꝙ in h̃
casu totaliter sicut frigiditas introducit.a.b.ita corrumpi
tur.a.d.⁊ ideo frigiditas hȝ h̃ naturam puri successiui.sic
enim motus:cuius nulle due ptes diuisim producte simul
manent.sed vnaqueq3 sicut producitur ita corrumpit:sic
est h̃ de frigiditate que in producẽdo sicut producitur ita
corrumpitur.⁊ ideo nulli duo gradus:nec aliqua virtus
intẽsionis est simul in subo:eo ꝙ ptes prius genite nõ ma
nent cũ partibus posterius genitis. Per hoc ad formã dr̃
cõcedẽdo ꝙ.b.agit in.c.frigiditatem:sed hoc hȝ naturam
puri successiui:⁊ ideo sicut ex pte priori motus pars poste
rior nõ intenditur:eo ꝙ non simul pmanẽt.ita ex pte po
ri caliditatis ps posterior producta nõ intendit:⁊ ideo cõ
ceditur ꝙ aliquam frigiditatem introducit illa.tñ i ordie
ad subm nun q̃ȝ est alicuius intensionis:⁊ iõ neget ꝯñtia
qua iferi:ꝙ aliquo tpe intẽdat frigiditas:⁊ cũ arguit.fri
giditas introducit.ergo frigiditas certe intẽsionis introduci
tur.negat ꝯña.⁊ si dicat.ꝙ omnis frigiditas est certe intẽ
sionis.dr̃ ꝙ hoc forte verũ est de frigiditate:cuius partes
pmanẽt.mõ ptes huius non simul pmanẽt.imo hñt h̃ na
turam puri successiui.⁊ ideo ꝯñr ꝯcedẽdum est.ꝙ idẽ qñ
ptes sue manent hñt nãm rei pmanẽtis.⁊ tñ qñ non pma
Dubium nẽt pp agẽtiuȝ cõtrarietatẽ hñt nãm rei successiue. ❡ Sȝ
diceres frigiditas introducitur.ergo caliditas remittit:⁊ non
remittitur diuisibiliter.ergo remittitur indiuisibiliter.⁊ sta
bit ratio:sicut prius probando.ꝙ eadem caliditas simul
intẽditur. ❡ Rñdetur ꝯcedẽdo.ꝙ caliditas remittit.sed
Rñ indiuisibili remittitur.sȝ tñ i nulla eius tota pte diuisibiliter
remittitur.sic nulla ei⁹ pars tota latitudinis frigiditatis i
troducitur.q2 nullius intensionis frigiditas introducit:
vt dictum est.⁊ vltra.si remotius arguatur concedendũ
est sicut precedens. Responsio dixit.ꝙ immediate post hoc
caliditas remittitur:⁊ ꝙ immediate post hoc intenditur:
sed non simul intenditur ⁊ remittitur.⁊ sic adhuc apparet
mihi ꝙ vltima fuga ẽ ad logicã.⁊ iõ dicat quis sicut vale
bit.q2 rõ apparet mihi summe difficilis.

Ad rationes principales.ad primam cum dici tur non omne mouens in mouen Ad rões
do remouetur conceditur.⁊ conceditur consequens ꝙ nõ
omne agens in agẽdo repatitur.q2 agens non communi
cans cum passo in materia non repatitur.vt dicit philoso T.c.53.
phus in littera:nec hoc est contra dicta. ❡ Ad secundam Ad 2m
dicitur per idem:ꝙ deus ⁊ celum esto ꝙ agunt:tamẽ non
communicant cum passo in materia:⁊ quomodo p̃sẽs
non intelligitur de talibus agentibus:sed solum de primis
qualitatibus contrarijs abinuicem:consequenter ratio nõ
est ad propositum.vnde conceditur ꝙ talia agẽtia in agẽ
do non repatiuntur. ❡ Ad tertium pȝ qḋ sit dicenduȝ p Ad 3m
idem.q2 de sola actione.s.qualitatum primarum reali in
telligitur q̃stio.de actione spirituali sensibilis in sensu:aut
coloris in visu:non est speculatio presens. ❡ Ad cõfirma
tionem respondetur per idem.q2 medicus:aut medicina
concurrens in productione sanitatis non est agens contra
rium:⁊ ideo non est ad propositum. ❡ Ad quartum con Ad 4m
ceditur antecedens.ꝙ generans in generãdo non regene
ratur.⁊ negatur cõsequẽtia:ergo agẽs in agẽdo nõ repa
titur conceditur tamẽ gratia argũ.ꝙ generans est agẽs.
⁊ causa est.q2 nõ oportet ꝙ agẽs in agẽdo repatiatur ea
dem spẽ actionis qua agit.q2 non opȝ calefactionem cale
fieri in agẽdo:sed sufficit ipsum ifrigidari.q2 regenerãs ẽt
in qualitatibus primis.non oportet regenerari:sed potꝰ
pati corruptiue.puta in essentia sua remitti. ❡ Ad q̃ntũ Ad 5m
dr̃.ꝙ patiens põt capi dupl̃r.vno modo pro passo subiue.
puta pro materia pma:⁊ sic cõceditur quod aliquod pas
sum in patiẽdo nõ reagit:⁊ de talibus passis nõ intelligit
q̃ñ.sed de passis ꝯtrarijs.alio modo põt capi pro passo ter
minatiuo.puta pro q̃litate contraria:que corrumpitur:
⁊ sic negatur ꝙ aliquod patiens in patiẽdo non reagit.oẽ
enim patiẽs vniformiter in patiendo reagit:tribus casibꝰ
in secunda tertia ⁊ quarta conclusionibus scdi articli po
sitis exceptis:⁊ solum de talibus consideratio est ad p̃sens
❡ Ad sextum bene conceditur.ꝙ idem respectu eiusdem Ad 6m
est nobilius ⁊ ignobilius.⁊ hoc sm̃ diuersas proprietates:
vt caliditas respectu frigiditatis est nobilior in agendo.d.
eo ꝙ fortius agit q̃ȝ frigiditas:⁊ est ignobilior in resisten
do:eo ꝙ minus resistit q̃ȝ frigiditas. Et quando dr̃ ꝙ cõ
clusio est icõueniens:dr̃ ꝙ verum est si in eadem ppeta
te idem respectu eiusdem passi esset nobilius ⁊ ignobilius:
sed non est inconueniens respectu diuersorum:vt hominẽ
esse nobiliorem equo rõnali parte:⁊ ignobiliorem robo
re corporis. ❡ Ad 7m quando infertur.sequitur ꝙ idẽ re Ad 7m
spectu eiusdem esset in actu ⁊ i poᵃ.dr̃ ꝙ nõ est iconueniẽs
ꝙ respectu eiusdem extrinseci aliquod idez dicatur i actu
⁊ i poᵃ.sed iconueniens esset si vnum respectu alicuius di
spositionis respectu cuius esset in potentia.eo ꝙ eam pro
tunc esset natũ recipere:esset simul in actu:eo ꝙ eam actu
simul haberet:sed hoc non concludit rõ.quare nihil pro
bat conceditur enim ꝙ idem potest agere i aliquod extrin
secum:⁊ simul ab eodem pati. ❡ Ad octauum negat cõ Ad 8m
sequẽtia q̃ isert ꝙ tales essent ifinite actiones:vel vna actu
ifinita. Ad probationem dr̃.ꝙ agens agit in passum vna
actione continua finita.⁊ passum reagit vna actiõe finita.
eodem mõ non fit reactio.eo ꝙ agens in passum agit.sed
q2 agens est passo contrarium. ❡ Ad nonuȝ conceditur. Ad 9m
quod ratio concludit:puta ꝙ quandoque non fit reactio
propter nimiam distantiam agentis a passo:⁊ hoc est pro
3ᵃ conclusione scdi arti.⁊ ideo seqtur ꝙ passum non posset
agere ad quamcunq3 distantiam. ❡ Ad decimum negat Ad 10m
consequentia:qua ifertur ꝙ a proportiõe equalitatis pos
set fieri actio. Et ad probationem dicitur.ꝙ admisso ca
su ꝙ licet vtrumq3 caliditas ⁊ frigiditas sit:vt decem:⁊
quelibet earum agat in aliam:non propter hoc seqt ꝙ sit

actio a proportione qualitatis. qꝛ adhuc quamuis est ma
iozis actiuitatis ꝙ̄ alia est resistentie: ꝛ sic quamuis super
aliam habet proportionem maioris inequalitatis. conse
quenter ratio non procedit. Ratio post oppositum est pro
quinta conclusione. Et hoc de questione.

## ¶ Ut aūt pax disgredientes dicamus necessa riū ꝛ ipassibile ꝛc. T. cō. lxiiij. Qō. xx.

pᵐ Ueritur vigesimo. Utrum indiuisibi le possit alterari. ꝛ arguit ꝙ
sic. idiuisibile pōt moueri localr. ergo pōt alte
rari. ꝯña tȝ a silī. qꝛ nō vr̄ q̄re ad motū nr̄ȝ lo
calē moueaꝛ localr. qn eadē rōne ad motum
nr̄m alterationis mouebiꝛ alteratiue. ꝛ añs apparet: quia
T. c. 20. motis nobis moueꝛ oīa que in nobis sunt: 4º phy. ꝛ sup
posito ꝙ pūcta sunt nobis motis: mouebuntur ꝛ puncta.
2ᵐ ¶ 2º. aīa intellectiua pōt alterari: ꝛ est indiuisibilis. ḡ ꝛc.
ꝯña tȝ. ꝛ añs pro pma pte patet. qa altereꝛ ab vna opinio
T. c. 6. ne contraria in aliā opionem ꝯriam. p 2º pte pȝ 3º de aīa.
3ᵐ ¶ 3º superficies potest alterari. ḡ ꝛc. ꝯña tȝ. qꝛ est indiuisi
bilis saltem ſm ꝓfunditatem. ꝛ añs pȝ. qꝛ superficies mō
existens alba pōt fieri nigra ꝛ eꝯ. ꝛ ꝙ superficies sit subm.
pȝ per phm in predicamento quantitatis dicētē. quāta .n.
superficies fuerit: tantum albū eē dicas. ꝙ nō esset nisi essꝫ
4ᵐ subm albedinis. ¶ 4º nisi punctus esset qualis. vt calid⁹
sequitur ꝙ nihil esset vniformiter calidum vel album: cō
sequens est incōueniēs. ꝛ ꝓbaꝛ. qa vniformiter calidūȝ dr̄
diffinitiue. cuius quilibet punctus est equaliter calidus. si
igitur punctus non esset calidus: tunc nullius rei quilibet
punctus esset equaliter calidus: ꝛ ex ꝯñti nulla res esset eq̄
5ᵐ liter calida vel vniformiter calida. ¶ 5º sic superficies pōt
videri. ḡ pōt eē q̄lis. ergo ēt potest alterari. vltima ꝯña tȝ.
qa omne quale est alterabile. ꝛ prima probaꝛ. qa nihil vi
deꝛ nisi quale: puta lucidū vel coloratū: ꝛ añs pȝ. qa i cor
pore denso simplr: nihil vr̄ nisi superficies. eo ꝙ pp densi
6ᵐ tatez visus non pōt videre ꝓfundum. ¶ 6º radij reflexi a
speculo concauo alterāt pūctum. ḡ pūctus est alterabilis:
ꝯña ē nota. ꝛ añs pȝ. p ꝑspectiuos dicētes. ꝙ radij reflexi
a speculo cōcauo ꝯgregant in pūcto eius centri. pp quod
ibidem nate sunt ignire ꝛ intendere. ḡ ſm illum punctum
7ᵐ calefaciunt ꝛ alterant. ¶ 7º. nisi indiuisibile posset altera
ri: sequitur ꝙ latitudo vniformiter difformis suo gradui
medio non correspondēt. ꝯñs est falsum: ꝛ ꝯ loquentes de
ista mā. ꝛ ꝓbaꝛ ꝯña. qa vel iste gradus medius ꝯsistit in
puncto indiuisibili: ꝛ si sic. tunc punctus esset alterabilis.
vel consisteret in parte diuisibili. ꝛ hoc non. qa in latitudi
ne vniformiter difformi nulla ps diuisibilis est eq̄lr: ꝛ eodē
mō q̄lificata. ḡ opȝ ꝙ vel cōsistat i idiuisibili: ꝛ tunc habe
tur ꝓpositū: vel ꝙ nusq̄ cōsistat. ꝛ sic latitudo gradū me
diū nō hēbit: ꝛ ex ꝯñti gradui medio nō correspondebit.


T. c. 64 In oppositum est philosophus in. c. de actio ne. In ista questione erūt tres
articuli. In primo videbitur ꝙ indiuisibile non potest esse
quale finite. In secundo videbitur ꝙ non potest esse quale
infinite. Et in 3º videbiꝛ ꝙ ipsum nō potest alterare.

pᵐ noᵐ Quantum ad primum articulum nota. ꝙ dupli cia possunt considerari indiuisibilia.
aliqua non habentia positionem in continuo. sicut substā
tie intellectuales: vt deus intelligentie: ꝛ anima intellecti
ua: ꝛ de his non intelligitur questio presens. alteratio enī
illorum indiuisibilium differt spē ab alteratione corpora
li: de qua itelligitur questio presens. Ideo de ea nihil dicaꝛ
hic. ¶ Alia sunt indiuisibilia habentia positionem in cō
tinuo: sicut essent puncta: aut linee si essent: ꝛ de his intelli
gitur questio presens. ꝛ hꝫ imaginantur triplicia. aliqua
indiuisibilia ſm omnem dimensionem: vt puncta: aliqua
tantum ſm duas sicut linee. aliqua solum ſm vnam: vt su
2ᵐ noᵐ perficies. ¶ 2º nota. ꝙ lȝ ſm veritatem credam talia pun
t. c. l. 7. 2. cta non esse vt habet videri 6º phy. tñ videndū est in ꝓpo
sita: supposito ꝙ essent. vtrum possunt alterari vel ne: quia
3ᵐ noᵐ forte sunt alique bone naturales speculationes. ¶ Tertio
nota. ꝙ aliqua est alteratio spūalis. sicut anime intellecti
ue. ꝛ de illa sicut ē nō curatur hic. Alia est alteratio corpo
ralis: ꝛ est duplex. quedam est cum contrarietate: vt calefa
ctio: alia sine contrarietate: vt illuminatio: ꝛ de vtraq̄ in
4ᵐ noᵐ telligitur questio. ¶ Quarto nota. ꝙ qualitas hꝫ dupli
cem existentiam: vnam. s. intensiuam. ꝛ hāc hꝫ ſm plures
gradus simul existentes in eadem pte subiecti aliam ha
bet extensiuam quā hꝫ ſm extensionē subiecti. ꝛ prima est
qualitati de per se cōueniens. cū ſm intēsionē qualitatis su
biectum dicatur quale: ꝛ non ſm extensionem. 2º vero cō
uenit qualitati de per accidens. puta rōne quantitatis sub
iecti pp h̄ ē ſm extensionem subi: nihil q̄le dr̄ p se.

pª ꝯ. His premissis sit ꝯ. caliditas exñs i aliquo to to vniformiter calido dupla ē
ad caliditatem. que est in eius medietate. probatur. qꝛ cō
tinet caliditatem: que est in medietate: ꝛ cum hoc tantam:
ergo dupla est ad caliditatem medietatis. ꝯña tȝ p descri
ptionem dupli. añs pȝ per casum: eo ꝙ est vniformiter ca
lidum. eodem modo probaretur ꝙ esset tripla ad calidita
tem tertie. quadrupla ad caliditatez quarte. ꝛ sic deinceps.
pᵐ ¶ Sed diceret aliquis totum est vniformiter calidum. ꝑ
te. ergo quelibet pars habet eque multam caliditatem: sicē
totum. consequētia tenet per diffinitionem vniformis. qa
vniforme in caliditate est. cuius quelibet pars eque calida
2ᵐ est: sicut totum. ¶ Item scdō arguitur. totum habꝫ in du
plo maiorem caliditatem ꝙ̄ eius medietas. ergo est in du
plo calidius eius medietate. quod est contra casuꝫ. ¶ Re
Ad pᵐ spondetur ad primū negando ꝯsequentiam: qa vniforme
non dicitur: cuius quelibet pars habet tantam caliditatez
sicut totum. sed cuius quelibet pars est eque intēse calida si
cut totum. vniformitas enim attenditur penes intēsionez
qualitatis: ꝛ non penes extensionez. modo in toto. licet sit
dupla caliditas extensiue ad caliditatem medietatis: non
est tamen dupla intensiue. ꝛ per idem patet ad secundum.
quia non sequitur. habet maiorem caliditatez. ergo est ca
lidius: sed oportet dicere intēsiorē. ¶ Sed replicatur. pre
dicta caliditas totius non est dupla intensiue ad calidita
tem medietatis. ergo non est dupla. dicitur negando conse
quentiam. supposita enim equali intensione: dupla diceꝛ
ab extensione: ꝛ non ab intensione: sicut in simili non seq
tur capto quadrato medietas eius est equaliter lata sicut
totum: ꝛ sic totum non est duplum ad medietatem suam
in latitudine: ꝛ tamē hoc non obstante duplum est ad eā.
2ª ꝯ. ¶ Scdā ꝯ. si caliditas talis corporis poneretur i sua me
dietate ipsa fieret in duplo intēsior: ꝛ si in sua tertia in tri
plo ꝛ in quarta in quadruplo: ꝛ sic in infinituꝫ. probatur.
si caliditas totius esset in medietate subiecti ad imagina
tionē: in qualibet parte materie essent in duplo plures gra
dus equales ꝙ̄ nunc. ergo esset in duplo intensior. cōsequē
tia tȝ: ꝛ añcedēs per precedentem conclusionem. qa gra
dus i 2º medietate sunt tot ꝛ equales: sicut in prima: ꝛ po
nerentur in eadem materia: in qua sunt gradus prime me
dietatis. eodem modo probatur ꝙ esset tripla si esset in ter
3ª ꝯ. tia. ꝛ sic deinceps. ¶ 3º ꝯ. sequitur ꝙ si illa caliditas pone
retur in puncto quantūcunq̄ ipsa esset parua ipsa redde
ret punctū infinite calidum ꝓbaꝛ. qꝛ in medietate redderet
in duplo calidum. ꝛ in tertia in triplo calidum. ꝛ sic dein
ceps. ergo omni extensione ablata posita in subiecto indi
uisibili ipsa redderet illud subiectum infinite calidum: cō
sequentia tenet. ꝛ añs pȝ per precedentem ꝯnem. ¶ Sed
Dubiū peteres tu. vtrum hec qualitas erit infinita. dico prout

mihi videtur ꝙ sic.in intentione cuius ratio est.q2 ibi sūt
omnes gradus simul per imaginationeꝫ qui erat ante in
omnibus partibus proportionabilibus corporis calidi ex
tensi.sed tales erant infinities decem.supposito ꝙ quelibꝫ
pars fuit calida vt decem.ergo continent infinities decem
gradus:quorum quilibet est eque intensus:sicut alter.erit
2 ergo tota infinite intensionis.℃ Secundo dico.ꝙ seque
retur eandem qualitatem esse finitam:quod probetur.q2
nō est maior ꝙ̄ꝫ fuit ante:⁊ ante fuit finita.ergo est finita:⁊
fortius:q2 aliqua pot est esse intensior ea.ergo est infinita.
consequentia tenet.q2 si esset infinita:nulla esset ea intensi
or.⁊ ꝙ ea potest esse intensior.patet.q2 ipsa fuit dupla ad
eam.que fuit in medietate.per conclusionem primam.er
go in medietate eius respectu ipsius in eodem subiecto exi
stente est subduple intensionis.ergo medietas est finita:er
go totum est finitum:consequentia tenet.quia dato ꝙ me
dietas:sit infinita:sequitur ꝙ sit eque intēsa:sicut totum.
3 ergo non erit subduple intensionis respectu totius.℃ Et
ex alio pꝫ idem antecedens.q2 si corpori priori in quo fuit
illa caliditas vniformis fuisset addita alia equalis quan
titas eque calida vniformiter.sicut illud corpus illa aggre
gata cum illa respectu prioris fuisset dupla.ergo illa respe
ctu istius aggregate cum illa ī pūcto simul essent subduple
intensionis.ergo illa solum est finite intensionis.ↄ̄ña tꝫ.⁊
antecedens pꝫ.q2 illa aggregata in pūcto cōtinuasset illā
⁊ tātā aliā.ergo fuisset dupla ad illā ꝑ diffinitioneꝫ dupli.Et
ex hoc tertio dico.ꝙ simpliciter implicat ꝯdictionem ali
quā qualitatē quātūcunqꝫ remissam eandē:aut equalem
esse in puncto indiuisibili.que prius fuit in subiecto diui
sibili:patet.quia sequitur eam fore infinite intēsam:⁊ fini
4ª ꝯ. te intensam.qꝺ implicat.ꝙ sequat pꝫ ex ꝯdictio.℃ 4ª cō
clusio impossibile est aliquā hꝫ caliditatem esse in infinitū
remissam probaꝫ sic.sicut se habet paruum in quantitate.
ita se habet remissum in qualitate.sed impossibile est ali
quam quantitatem esse in infinitum paruam.ergo impos
sibile est aliquā qualitateꝫ esse in infinitum remissam.ma
ior pꝫ cōuenienti similitudine.⁊ minor pꝫ.q2 omnis quā
titas est maior sua medietate.ergo nulla est in infinitum
2° parua.℃ Secūdo omnis caliditas est alicuius virtutis:
sed caliditas in infinitum remissa non est alicuius virtutꝭ.
ergo nulla caliditas est in infinitum remissa.cōsequētia te
net.maior nota est inductiue.et eo ꝙ omnis caliditas de
sui natura est forma.⁊ ex cōsequenti alicuius virtutis.mi
nor pꝫ.quia talis nec posset resistere nec agere.cuꝫ omnis
actio eius est certe intēsionis.similiter ⁊ resistentia. modo
3° in infinitum remissum nullam hꝫ intēsionem. ℃ Tertio
si talis qualitas esset ipsa haberet se ad qualitatem : sicut
punctus ad quantitatem.modo punctus non est quanti
tas.quare nec ipsa eēt qualitas.ↄ̄sequētia no:a.maior pꝫ
directa similitudine.nā si quātitas in infinitum diminua
tur reducitur ad punctum:sic si qualitas in infinitum re
mittitur per aduersarium reducitur ad talem qualitatem
5ª ꝯ. minor nota est.℃ Quinta ꝯclusio est illa.ꝙ si aliqua qua
litas potest agere ad aliquam distantiam circa se:medie
tas eius non sufficit agere ad tantam distantiam seorsum
capta:⁊ hoc patet per experientiam.nam experientia do
cet.ꝙ extēsio iuuat ad actiōem:vt esto ꝙ medietas ignis
sit eque intēsa:sicut totus ignis:non tamen ad tantam di
2° stantiam calefacit.sicut totus ignis.℃ Scdo.dato oppo
sito cōclusionis.ergo medietas visibilis per se accepta po
test ita intense ⁊ remote multiplicare suas species:sicut to
tum visibile.⁊ ex consequenti ita remote posset videri:cu
ius oppositum experimur:⁊ tenet consequentia de se.patet
T.c. 42 etiam tertio.auctoritatibus.tertio physicorum.⁊ in primo
T.c. 47 celi.vbi supponit ⁊ probat.ꝙ in maiori corpore est maior
virtus.Item auctoritate linconiēsis in tractatu de radiis

dicit.ꝙ multiplicatio virtutis fit ꝑ triangulum cuius basis est quātitas.ergo quāto basis maior.tāto triāgulus maior.⁊ latera habēs lōgiora.ergo tāto fit actio remotius.℃ Sꝫ ꝯ diceret aliqs tñ infrigidat ꝑua ꝗtitas aquæ maris digitū īpositū:sicut totū mare.ergo ꝯ non est vera.ↄ̄ña tꝫ ⁊ añs pꝫ ꝑ experiētiam.℃ Ad illud dr̄ ꝙ verū stat eē ꝙ argumentum cōcludit.q2 forte totum mare nō agit in digi




tū.mō oꝫ itelligi ꝯ de agēte actionē suā s̄m se totū ꝑducē
tē.Correlarie seqꝫ.ꝙ cuiuslibꝫ agētis in suū passū est pro
portio in magnitudie.pꝫ.q2 s̄m maiorē magnitudinē for
tius ⁊ remotius agit.℃ 6ª ꝯ.nullū indiuisibile pōt eē ꝗlifi 6ª ꝯ.
catū finite vt pūctus.pbaꝫ.vel hr̄et ꝗlitatē in infinitum re
missam vel qualitatem finitam:non remissam in infini
tum.non potest dici p̄mum ꝑ ꝯclusionē ꝗrtaꝫ:nec p̄t dici
2ᵐ.q2 si sic ipsa eēt cōpabilis ꝗlitati sibi exñti ī mā̄ diuisibili.
⁊ ex ↄ̄ñti si respectu vnius ꝗlitatis existis in mā̄ diuisibili ta
lis eēt maior respectu ꝑtis cui eēt eq̄lis.ergo redderet pūctus
īfinite ꝗlificatū illa ꝗlitate ꝑ 3ᵃᵐ ꝯnem:⁊ ex alio seqꝫ illam
calitatē esse finitā ⁊ infinitā:vt in ꝓcessu eiuidē ꝯnis est ꝓ
batū. ℃ 2° si totū ē calidū vnifo:miter tūc non potest ad 2ᵐ
tātam distātiam agere pars:sicut totū.ꝑ ꝯnem 5ᵃᵐ.ergo si
in infinitū diminuiꝫ ps ad nullā distāiā pōt agē.ergo pūct⁹
nō pōt agere ad aliquā distantiā.ↄ̄ñe note sunt:eo ꝙ pun
ctus nullā hꝫ ꝗtitatē.⁊ vltra.ergo si pūctus sit qualis quali
tate ille nō poterit esse alicuius actiuitatis:⁊ sic est in infini
tum debilis:cuius oppositū dicit ꝗrta ꝯ.℃ 3° si pūct⁹ ha 3ᵐ
bet sic aliquē finitū calorem:seqꝫ ꝙ corpus calidū vnifor
miter calidū erit infinite calefactū.ↄ̄ñs est falsum.probaꝫ
ↄ̄ñtia.q2 cum punctus habeat virtutem calefactiuam:⁊ in
quolibet corpore ꝑuo infinita sunt pūcta:sequitur ꝙ ipm
habet infinitas virtutes calefactiuas.ꝗrum.quelibet ē tā
ta:sicut certa data.ergo habebit infinitam virtutem calefa
ctiuam.ↄ̄ñe sunt note.⁊ añs similr.sed falsitas primi cōse
quētis est manifesta.q2 nulla ē virtus calefactiua infinita
ↄ̄silr pōt argui de corpore difformiter calido. ℃ 4° sic.pūct⁹ 4ᵐ
non hꝫ virtutem calefactiuā.ergo non est calidus.ↄ̄ña tꝫ.q2
omne calidum hꝫ virtutē calefactiuā.⁊ añs declaraꝫ per
correlariū ꝗnte cōclusionis.q2 cuiuslibet agētis ad passuꝫ
est ꝓportio in magnitudine.mō nulla est proportio pun
cti ad aliqꝺ passū ī magnitudie.℃ Sꝫ ꝯ.diceret qs nunqꝫ Dubiū
pūctus pōt calefacere pūctū.q2 hꝫ sufficientē ꝓportioneꝫ.
eo ꝙ vnum non est maius:nec minus altero.℃ Dr̄ ꝙ nō. R
nam si punctus ageret in punctuꝫ:vel vnus esset alteri im
mediatus:⁊ hoc non est possibile.quia puncta non possūt
esse sibi inuicem proxima sexto physi.vel mediatus:⁊ ex cō T.c.2°.
sequēti magnitudo diuisibilis mediaret.ergo pūctus agē
do in pūctum ageret in magnitudinē diuisibilem mediā:
qꝺ ꝓbatum est esse impossibile.℃ Correlarie sequiꝫ:ꝙ li
nea non est qualis finite in intēsione:nec etiam superficies:
⁊ ꝓbaꝫ rōnibus consimilibus.⁊ sic habeꝫ p̄mū p̄ncipale.

Quantū ad 2ᵐ articulum.ponitur ab aliqbus p̄ma ꝯ ta
lis.ꝙ ꝗlitas intensa:minus passuꝫ sufficit
alterare si eadem fuerit minus extensa exemplariter ca pª ꝯ. aliquorum
liditas alicuius totius dati si fuerit in subiecto minus
extenso in duplo ad minorem distantiam sufficit age

re ⁊ minus spacium alterare:probatur sic.q2 si tota erit in
medietate subiecti:erit in duplo intensior.quare sequitur
ꝙ prope se sufficeret in duplo intensius alterare.ergo si cū
posset ad tantam distantiā sequeretur ꝙ dupla est ad vir
tutem prius existentem:eo ꝙ duplum effectum potest ꝓ/
2m ducere ⁊ eque extensum. ¶ Secundo probant eam sic.ca
piatur a. lucidum quod fiat in duplo minus. ⁊ ex conse/
quenti retenta eadem virtute quantum ad extensionē sit
intensius.q2 sub minori extensione est lumen totū:quod
erat ante sub maiore.queritur ergo.verum ad tantam di
stantiam possit illuminare.sicut ante.⁊ si sic. sequitur ꝙ
pari ratiōe poterit si fiat in quadruplo minus:aut in octu/
plo.aut millecuplo.⁊ sic in infinitum.ergo quantitas quā
tācunq3 diminueretur posset videri:quod non est verum.
vel non poterit agē ad tantam distantiam.⁊ sic habetur
Confir propositum. ¶ Confirmatur sic.q2 si potest ad tantā di
stantiā illuminare:sequitur ꝙ potest fieri visio sub angu
lo quantūcunq3 paruo cōsequens est contra perspectiuos
⁊ probatur consequentia.q2 si ad tantam distantiam illu
minat non est dubium:ꝙ non remissius illuminat:cū vir
tus sit vnita:sequitur ꝙ adhuc poterit videri sic̄ ante: ergo
eadem ratione:si adhuc fiat in quantitate in duplo mino/
re.⁊ sic in infinitum.cum ergo certum sit ꝙ proportiona/
biliter ſm diuisionē quantitatis diuiditur angulus.ergo
res poterit videri sub angulo quantūcunq3 paruo: quod
Corre fuit probandum. ¶ Inferunt correlarie.ꝙ illa consequē
tia non valet.ille virtutes sunt equales:ergo ad equalem
distantiam possunt agē.p3 ex conclusione.q2 virtus que ē
in subiecto in duplo minori non potest ad tantam distan/
tiam agē:sicut eadem potest quando est in subiecto magi
Dubium extenso.⁊ tamen est equalis virtus.immo eadem. ¶ Sed
instaret quis dicendo quando virtus est in subiecto mino
ri est magis vnita.ergo est fortior.⁊ vltra.ergo ad maiorē
Responsio distantiam potest agē. ¶ Respondent ꝙ verum est eā esse
fortiorem in agendo prope:sed in agendo distāter a se nō.
immo licet prope se multum agit fortius.tamen non suffi
3 conem cit ita distanter agē:sicut ante egit. ¶ Attendendū est ad
istam conclusionem ꝙ est probabilis.sed non video eius ne
cessitatem.immo probabiliter posset dici oppositū.q2 cū
virtus eadem sit in materia densiori specialiter in qualita
tibus primis.videtur ꝙ ipsa possit remotius agē.ꝗ̄ cum
est in materia dispersa.cuius ratio est.q2 in quēcunq3 pū/
ctū in quo ante egit potest agē actione maiori.ergo remo/
tius sufficit agē.consequentia est nota.⁊ antecedens decla
ratur.q2 virtus vnita est fortior seipsa dispersa:vt concedit
hec opinio.dato ergo puncto:ad quem virtus egerit ī ma
teria magis extensa a puncto medio virtutis:venit ad eū
radius actiuus.ergo cum per vnionem punctus medius vir
tutis fiat fortior:⁊ radius eius p ꝯñs fortior:sequit ꝙ pū/
ctus medius post potest in ipsum agif.sicut ante.⁊ ideo vi
def ꝙ conclusio huic opposita potest probabiliter sustine
ri se fundādo super hoc ꝙ licet per vnionem ab aliquibus
punctis fiat maior distantia agentis.tamen virtus actiua
proportionabiliter:aut vltra sit maior.ergo ad quācunq3
distantiam poterit agere virtus dispersa:poterit agere ⁊ vir
Confir tus vnita. ¶ Et confirmatur.quia certum est vt isti conce
dūt ꝙ si fiat virtus ī materia subduple intēsionis:ipsa fit
in duplo fortior.⁊ certum est:ꝙ non fit dupla distantia re
spectu puncti cuiuslibet:in quem ante egit:ergo non maio
ratur tantum distantia:quin tātum intendatur virtus ſꝫ
illam opinionem.ergo cum conseruata eadem proportio
ne ad equalem distātiam potest fieri actio:sequitur ꝙ vir/
tus postquam fuerit vnita ad tantum potest agere: cum
Ad pm ipsa fuerit in materia maiori ⁊ dispersa.⁊ per illud oīa mo
tiua eorū pñt solui. ¶ Ad primū vno mō cōcederef ꝙ nō
esset inconueniens virtutem sic positam in materia in du/

plo maiori duplum effectū posse ꝓducerē ad illum:quē
añ poterat. ¶ Aliter dr̄ ꝙ suppositū nō est verū.puta ꝙ
virtus in mā in duplo minori posita pōt prope se duplum
effectum producē.hoc.n.non est necesse.probatio: quia ꝑ
cas virtus sit dupla precise.ponatur ḡ ꝙ ꝑma mouit a ꝓ/
portione trium ad vnū.⁊ in mā in duplo minori posita sit
sicut sex ad tria.tunc cōstat cū velocitas motus attendaf
penes ꝓportionem potētiarum mouētiū ad suas resistē/
tias:vt supponif.ex.7.phi.⁊ proportio sex ad vnū non est
dupla ad ꝓportionem triū ad vnū:ꝙ sex nō in duplo ve/
locius alterabit vnum:ꝗ̄ tria alterabant ipsum.ḡ suppo/
situm est falsum.s.ꝙ virtus in mā in duplo densiori moue
ret in duplo velocius.ꝯña est nota:⁊ omnia antecedentia
⁊ ptes ipsorū preterꝗ̄ proportio sex ad vnū non est dupla
ad ꝓportionem trium ad vnū:sunt manifesta.⁊ h̄ facili/
ter p3.q2 trium ad vnum est proportio tripla.modo sex ad
vnum duplat triplex.q2 continet duas triplas:vt notū ē.
immo proportio nouem ad vnum ꝑ esset dupla triple:eo
ꝙ primo continet duas triplas:⁊ illa est fortior solum mo
do ꝗ̄ prima. ¶ Ad secundum dicitur.ad visionem nō so Ad 2m
lum agit visibile.sed ēt magnitudo eius.eo ꝙ ē actio spūa
lis ⁊ nō realis:⁊ ideo bene cōcludit rō.ꝙ nō.ad quācunq3
distantiam virtus vnita agit:sicut extensa.sed secus est de
actione reali qualitatum ꝯtrariarum. ¶ Aliter dicitur.ꝙ si
possibile esset fieri tantū cōtinue ṽtutem intēsiorē.sic ꝙ in
subiecto in duplo minori semper esset virtus in duplo intē
sior:non esset possibile ꝙ lucidū seruata equali luce:⁊ sem
per in duplo diminuto subiecto facta intensione in duplo
maiore fieret ita paruum quin videretur:sed quod aliquā
do aliquod lucidum propter paruitatem non videretur.
⁊ ratio.quia non proportionabiliter:sicut ipsum est dimi
nutum sua lux est facta intēsior. ¶ Ad 3m dr.ꝙ nō est icō Ad 3m
ueniens visionem fieri sub angulo quātūcūq3 paruo.dum
tñ visibile sufficientis fuerit intensionis. sic ꝙ sub illo an/
gulo sufficienter possit manere modo in casu visibile ma/
net semper sufficientia virtutis.esto.n.ꝙ in quantitate di/
uiditur:in qualitate proportiōabiliter maioraf ⁊ intēdif.
quare manet eiusdem virtutis motiue respectu visus patiē
tis.quare stante illa maioratione virtutis proportionabi/
lis quantūcunq3 diminuatur angulus visibile poterit vi/
deri.ꝙ autem perspectiui dicunt intelligunt de virtute:nō
sic proportionabiliter in intensione augmētata.⁊ ideo nō
est ad propositum.⁊ ideo sic satis p3.ꝙ in illa conclusiōe
quelibet pars ē ꝓbabilis:quare dicat quis quod sibi placz.
¶ Tūc sit scḋa cōclo ſm tenentes conclusionem ꝑmā.ꝙ 1a c.
ꝑ diminutionem subiecti:⁊ per conformem intensionē
qualitatis aliquando potest qualitas solum agere in mi/
nus subiectum ī duplo.probatur experientia.nam ꝑ dimi
nutionē subiecti in minus pōt.ḡ possit esse tanta diminu/
tio ꝙ solum ad subduplam distantiam posset.ḡ ꝯclo ṽa.
¶ Correlarie sequitur:ꝙ si agens in infinitum diminue/
retur.⁊ virtus proportionabiliter intenderetur tandē suffi
ceret solum agere in infinitum ꝑuum passum.p3 ex q̃ tan/
dem ad subduplum:⁊ tādem:ad quadruplū.⁊ sic ī infini 3a c.
tum minus posset. ¶ Ex his infert 3a ꝯ rīsalis huius arti.
ꝙ impossibile est punctum esse quale in infinitum intensi
ue.probatur.q2 vel esset infinite qualis qualitate simplici p.c.t.c.
ter infinita.⁊ hoc non.q2 nulla potest esse talis.tertio phy/ 50.
sicorum.vel qualitate finita:⁊ hoc non.q2 si qualitas fini
ta in punctum ponerēf:nullius esset actiuitatis vel ṽtutis
eo ꝙ in minori subiecto semper minus potest.quare si in
nō quāto poneretur ex correlarie ꝑcedentis ꝯnis simplici
ter nihil posset.ergo cum omnis qualitas sit alicuius ṽtu
tis in puncto nullius ṽtutis esset sequitur ꝙ nulla potest
esse in puncto. ¶ Secundo:si sic.infinito daretur maius.
añs est falsum:⁊ probatur ꝯñtia.q2 per te.punctus est in/

finite calidus caliditate finita. et non est dubium quin esset
magis calidus si dupla caliditas in ipso introducta fuisset
ergo infinite calidum posset esse magis calidum: et sic seq
3m tur. ¶ Tertio q unum infinitu erit pparabile alteri: imo
erit unum duplum alteri: puta si dupla caliditas in pucto
4m introduceretur. ¶ 4° oz eos concedere: eo q esset infinite ca
lidum vel q nihil ageret: vel q subito ageret: et utrunqz e
5m inconueniens. ¶ 5° si sic in puncto esset grauitas oporte
ret punctum in infinitum velociter descendere: et sic subito
moueretur quod implicat. et tenet consequentia. qz per quã
libet partiam grauitatem esset in infinitum graue. ergo in
infinitum velociter diuideret medium finite resistentie. q
re ita in infinitum velociter descendit. sed qz hec conclusio
est vera: quis quereret quomodo eam probaret ille qui co
clusionem primam et secundam hui9 articuli nõ conceder
ret. Dicitur q probant eam in omnibus rationibus pter
primam: et loco prime capiatur illa: implicat qualitatem
simpliciter infinitam esse: vel etiam finitam esse in pucto. g
punctus non potest esse infinite qualis. antecedens pz pro
prima pte. g et p 2° pte pz p predicta in pmo articulo: eo q
qlitas finita in puncto: vel esset in infinitu remissa: qd non
est possibile: vel esset alicui alteri qualitati equalis: et sic seq
tur eam esse infinite intensionis: et finite simul q implicat.
et sic habet ppositu. Et hec sint dicta de scdo arti.

p° ỹ. Quantu ad 3m articulu sit p° ỹ hec. indiuisibile nõ
potest alterare nec agere. quia si alterare et
agere potest: hoc est qz est quale. modo oppositum est an
2m te pbatu. ¶ 2°. qz si posset agẽ: sentiri posset. oppositu dic
pbs in de sensu et sensato. et tz cõsequẽtia. qz hõ qlitates di
cuntur sensibiles. qz sentiri psut. et si ageret per eas non sen
cibus. ꝯña tꝫ. añs appet: qꝛ multa sunt mixta grauiora ꝙ̄
terra: qd̄ nō esse posset si in eis eēnt elemēta leuia: cū terra
sit grauis simplex. assumptū experimur de plūbo vel auro.
4m trahit enī terrā sursuꝫ in equali quantitate. ¶ Quarto.
in auro nō est aliqd aque. igit ⁊c ꝯña tꝫ. ⁊ añs declaratur:
qꝛ auꝝ durat lōgissimo tēpore sine corruptione ⁊ diuisio
ne in igne: qd̄ esse nō posset si in eo esset aliqd aque: qꝛ ignis
fortissimus ꝓpter cōtrarietatē vtrūqꝫ resolueret ⁊ corrūpe-
ret illud aque: ⁊ ex ꝯñti corrūperet auꝝ: ⁊ sic non duraret.
5m ¶ Quinto aliq̄ sunt mixta solū cōposita ex terra ⁊ igne:
similiter aliq̄ sunt cōposita ex aqua ⁊ aere soluꝫ. ergo non
oīa sunt cōposita ex oībus simplicibus. ꝯña tꝫ. ⁊ añs appa
ret. de exalationibus siccis: in qbus nō videtur esse aliqua
elemēta nisi terra ⁊ ignis: ⁊ silr de exalationibus humidis
in qbus nō videtur eē nisi elemēta humida. ¶ Sexto. fre 6m
quenter gñantur mixta vbi nullus ignis actualis concur
rit. igitur talia nō generātur ex oībus simplicibus. ꝯña tꝫ.
de se: ⁊ añs apparet de aīalibus: que generātur infra terrā
⁊ supra terrā per putrefactionē. nam ad taliū generatio-
nem nullus ignis cōcurrit prout videt patere per experien
tiam. ⁊ ꝓbat rōne: qꝛ facilius est gñare tātā caliditatē ꝙ̄
ta sufficit ad esse aīalis ꝙ̄ tantā quātaꝫ reqrit ad eē ignis.
igitur pp gnōnem aīalis frustra oporteret hic infer⁹ gña-
ri ignē. ꝯña tꝫ. qꝛ ꝙ p minus pōt fieri: frustra pōt fieri per
maius. añs notum est: minor enīꝫ caliditas sufficit pro ge-
neratione aīalis ꝙ̄ pro gnōne ignis. ¶ Septimo. non mi 7m
nus pōt mixtū gñari ex vno elemēto ꝙ̄ ex q̄tuor. igit non
oē gñatur ex q̄tuor. ꝯña tꝫ. ⁊ añs apparet qꝛ in mixto ni-
hil de subā elemētoꝝ manet nisi mã: mō eq bñ pōt vnum
elemētū ãmin strare mãm pro gnōne mixti: sic q̄tuor. igi-
tur ⁊c. ¶ Octauo. nō oēs q̄litates elemētoꝝ manēt i mi- 8m
xto. igit nec manēt oīa simplicia. ꝯña tꝫ. qꝛ si elemēta debēt
manere hoc est pncipaliter pp manere suas q̄litates. añs
pꝫ. qꝛ si oēs q̄litates motiue elemētoꝝ manerent in mixto
vbicūqꝫ mixtū poneret ipsum deberet quiescere: qd̄ falsuꝫ
est. pꝫ ꝯña. qꝛ vbicūqꝫ poneretur aliqua suaruꝫ qualitatū
motiuarū esset ibi naturaliter collocata: eo ꝙ haberet om
nium elemētorum qualitates motiuas.

In oppositum est philosophus secūdo hui⁹.
capitulo septimo. T.c.49.

¶ In ista qōne erūt duo articuli. In p̄ videbunt q̄dam no-
tabilia ⁊ distinctiones. Et in scdo rñdebit ad q̄situ.

Quantum ad pmū p̄ nota ꝙ ꝫ quosdā duplicia pm nōm
sunt mixta: q̄dā sunt impfecta: sicut il
la: que solū cōponunt ex duob⁹ i fine. vt vapor ex aq̄ ⁊ ae-
re. exalatio sicca ex igne ⁊ terra. Alia sunt pfecta: sicut hō
⁊ asin⁹ mixta residētia circa mediū locū: ⁊ si petat vtrum
vapor ⁊ exalatio sint vere subalr mixta. dī ꝙ aliq dicunt
ꝙ sic: sicut pꝫ ex dictōne. Aliq̄ dicunt ꝯriū. s. semꝑ vaporeꝫ
esse aquā vel aerem subaliter ⁊ semꝑ exalationē esse igneꝫ
vel terrā: ⁊ hic magis credo. ¶ Scdo nōnduꝫ est ꝙ siue 2m nōm
dicat vno mō siue alio mō nihil refert ad pñs. rō est: qꝛ in
qōne solū querit de mixtis residētibus circa mediū locū.
modo siue hꝰ mixta sint siue nō sint ipsa nō vident residē
tia circa mediū locū: imo ascēdūt vt experimur: ⁊ iō ea ad
esse psens nihil variāt. ¶ Tertio nō. ꝙ hic per simplicia 3m nōm
intelligunt q̄tuor elemēta. s. ignis aer ⁊c. capit. n. hic sim
plex pro re nāli gñabili inter res gñabiles ⁊ corruptibiles
magis simplex. ¶ Quarto nota ꝙ per mediū locū in ti- 4m nōm
tulo qōnis intelligit terra: que mediū est per eque distan-
tia a celo: ⁊ ēt media in tēperamēto qualitatū pmaruꝫ: qꝛ
magis sunt q̄litates pme circa terrā ad mediuꝫ reducte ꝙ̄
alibi: vt sit sensus. vtrū mixta residentia circa terraꝫ ⁊ qe-
scentia nāliter circa eā sint cōposita ex omnibus simplici-
bus. ¶ Quīto nota. ꝙ in titulo qōnis ly oībus distribuit 5m nōm
titulū huīc simplicibus pro singulis spēb⁹ generꝫ: ⁊ nō pro
singulis iduiduis speꝫ. pꝫ. qꝛ nō est dubiū ex igne exīte i
sua spera nullū mixtū cōponi. est igit sensus tituli. vtꝝ qd̄
libet mixtū ⁊c. cōponit ex cuiuslꝫ spēi q̄tuor eltoꝝ aliquo
simplici. ¶ Sexto. nota. ꝙ cū multi sint modi ponēdi elīa 6m nōm
manere in mixto: qd̄ tractāda est ꝫm modū alias tractatū
in qōnib⁹ pmi. quo dicebatur elīta nō manere in mixto in q.22.
actu: sed ꝫm q̄litates suas ad mediū reductas. quapp dicū
tur manere in ṽtute. ¶ 7° nōndum est. ꝙ ꝫm illuꝫ modū 7m nōm
adhuc pōt qd̄ itelligi dupl̄r: vno mō ꝙ in mixto sunt qua
tuor elīa mō p̄dicto si sint virtutes q̄tuor eltoꝝ ad mediū

reducte. alio mȝ q̄ q̄tuor elementa reqrant pro gnōne mixti.
8m nōm ¶ Octauo nota. q̄ loquēdo de virtutibus eleto⁊ remanē
tibus in mixto pōt intelligi de virtutib⁹ alteratiuis vel de
9m nōm virtutibus motiuis localiter. ¶ Nono notādū est. q̄ qñ
mixtū hȝ hōȝ virtutes nāliter: tunc dr̄ subaliter mixtū: sed
qñ hȝ eas violēter dr̄ mixtū qualitatiue: ⁊ sic elementa pñt esse
mixta: q̄ pñt hr̄e hōȝ qualitates eleto⁊ oēs mixtas violen
10m nōm ter. ¶ Decimo nōndū est. q̄ forme subales eleto⁊ nō ma
q. 22. nent in mixto. p3 ex dictis in p̄ h⁹. Et hoc de p̄.
1a ȝ Quantum ad scōm sit pma cōclusio. mixtū non
cōponit ex simplicib⁹ formalr in eo re
manētibus. apparet p vltimū notabile: q̄ forme eletorum
2a ȝ nō manēt in mixto. ¶ Scōa ȝ. si mixtū oȝ dici cōpositū
ex simplicib⁹: opȝ q̄ hoc sit ex simplicibus virtualiter so
lum in eo remanētibus. apparet per conclusionem prece
dentē: q̄ nō dr̄ ex eis cōponi tanq̄ actu remanētibus. igr̄
3a ȝ solū v̄tualr. De ēt cōclusiones patēt ex 6° notabili. ¶ Ter
tia cōclusio. mixtū cōponi ex simplicibus est ad eius gene
rationem virtualr vel actualr concurrere simplicia: ⁊ vir
tualiter p pmanētiā suarū qualitatū reductarū ad mediū
aliquod in aliquo mixto genito remanere. p3 per cōclusio
nem precedētē: q̄ nō dr̄ cōponi ex simplicibus: eo q̄ talia
actu in eo permanēt. igitur solū ex eis dr̄ cōponi tanq̄ vir
4a ȝ. tualiter remanētibus in eo: qd̄ est propositū. ¶ Quarta
cōclusio. ex solū vno eleto per actionē eius ppriā nequit ge
nerari mixtū. p3. q̄ ad mixti gnōnem ex elemento reqritur ali⁹
elementi corruptio. modo nunq̄ vnū elementorū corrūperet
5a ȝ seipsum. ¶ Quinta cōclusio. ex solū duobus elemētis nō
habētibus simbolū nō cōcurrente alio extrinseco mām il
lorum eleto⁊ vltra virtutē ppriā ipso⁊ imediate dispo
nente: negt fieri mixtū. pbat sic. pposita duob⁹ eletis nō ha
bētibus simbolū vt terra ⁊ aere: vel vnū eo⁊ superat aliud
simplr: ⁊ pfecte in ambabus q̄litatib⁹ vel superat simplr in
vna: ⁊ superatur simplr in alia. vel vnuȝ eo⁊ superat sim
pliciter solū in vna: ⁊ in neutra superat. vel nullū eo⁊ sim
pliciter superat aliud in aliqua suarū qualitatū: sȝ neutro
mō per actionē ipso⁊ pōt gñari mixtū. ergo ɔclusio vera.
ɔña tȝ. añs pro pma pte sufficiēti diuisione: ⁊ pro scōa pte
declarat: q̄ si pmo mō habeāt se superās cōuerteret aliud
in sui nām. si scōo modo gñabitur tertiū elementū ⁊ ipsa am
bo corrūpentur. si tertio mō sicut sit in pozis montiuȝ vbi
terra superat aerē in vna qualitate tm̄ ⁊ in neutra supat.
tunc ite⁊ gñatur tertiū elemētū. vt in mōtibus aere corru
pto fit aqua fontiū. Si scōo modo tūc neutrū eo⁊ corrū
pitur: ⁊ per ɔñs nullo modo fit mixtū. ¶ Dicit notāter nō
cōcurrente ⁊c̄. q̄ nolo negare si aspectus celi cōcurreret:
⁊ imediate mām duo⁊ elemento⁊ pro alicuius mixti ge
neratione disponeret: qn ex duobus: imo sic ex vno posset
6a ȝ fieri mixtū. ¶ Sexta ȝ. ex solū duobus elemētis hñtibus
simbolū nō ɔcurrente alio agēte extrinseco imediate ma
teriā ipso⁊ disponēte non pōt fieri mixtuȝ. apparet: q̄ vel
vnum eo⁊ notabiliter superat aliud: vel reliquū ⁊ nō ecō
uerso: ⁊ tunc illud ɔuertet aliud in sui nām vel qōlibet eo
rum in agēdo notabiliter superat reliquuȝ: ⁊ tunc ex quo
nō agunt nisi per vnā qualitatum statim adequabunt se
in ista qualitate. sic q̄ vlterius non notabiliter poterunt
agere: ⁊ sic neutrū illo⁊ corrūpetur vel saltez vna fiet mul
tum dominans alteri: ⁊ tūc iteruȝ aliud cōuertet in sui na
turam elemētū: vel pñt se tertio mō hr̄e. s. q̄ neutrū in acti
uitate notabilr obtinet sup reliquū: ⁊ sic non fiet alicuius
eo⁊ corruptio. ⁊ per ɔñs nullo mō pñt se hr̄e sic q̄ genere
tur per actionē propriā eo⁊ mixtū. ¶ Item breuius pbat
tur cōclusio. q̄ inter elementa hñtia simbolū qualitas simbo
la nō remittit. ergo ista manet pfecta vel valde intēsa: mō
sub qualitate tm̄ intēsa: sicut ipsa est ɔueniēs eleto: nō vide
tur posse fieri mixtū. ergo solū ex duob⁹ eletis hñtib⁹ simbo

lum nō pōt fieri mixtū nō cōcurrente ⁊c̄. ɔña tȝ. maior p3.
q̄ qualitas simbola vtriq3 est conueniēs: ideo nō est ratio
quare remitteret. minor p3. q̄ mixtū videt sibi pro sui ge
neratione presupponere oēs qualitates primas magis re
missas q̄ ipse ɔueniūt eletis in sua nāli dispōe. ¶ Septi 7a ȝ
ma ɔclo ponit vt pbabilis. ex solū tribus eletis nō cōcur
rente extrinseco disponēte mām imediate nō pōt fieri mix
tum. probat: q̄ qualitercūq3 cōbinent duo ipsoruȝ habe
bunt simbolū in qualitate actiua: ⁊ ita superabūt tertiū: ⁊
cōuertent in sui nām. ⁊ per ɔñs nō gñabit mixtū. ¶ Octa 8a ȝ
ua ɔclo. qñ mixtū oȝ generari ex elemētis alteratiōe pro
pria eleto⁊ inuicē sine alio extrinseco immediate mām eo
rum disponēte: reqrit ɔcursus q̄tuor elemēto⁊ actu. p3 p
ȝnes precedētes: q̄ ex vno seu duobus vel ēt ex trib⁹ fieri
nō pōt. vt pbatū est. ¶ Nona conclo. possibile est gñari 9a ȝ
mixtū imediate ex vno elemento imediate: nō cōcurrēte alicu
ius alterius elemēti vel mixti subali corruptione. probat
sic. ex sola terra corrupta pōt fieri aliqd̄ mixtū. ergo ɔclo
vera. ɔñtia tȝ. añs probat. q̄ si per aspectus celi ex sola ter
ra non posset fieri mixtum vel hoc esset ex defectu māe vel
ex defectu dispōnum qualitatiuarū. nullo mō pōt dici. er
go ⁊c̄. maior p3 a sufficienti diuisione: q̄ si ex terra corru
pta nō potest. opȝ in altero dictorum defectionez esse. Si
enim mā sit sufficiēs ⁊ dispō qualitatiua māe introducta:
similiter vtiq3 generabit mixtū. minor p3. Primo enī mā
nō deficit: q̄ terra habet materiam sufficiētē. Secūdo nec
defectus est in dispōne materie. Primo enim non est defe
ctus in frigiditate ⁊ siccitate: q̄ satis abūdat ille in terra:
nec etiaȝ defectus in humiditate ⁊ caliditate: q̄ sol ⁊ aspe
ctus celi sufficienter poterunt illa in materiam terre ge
nerare. Item sol poterit terram sufficiēter calefacere: ⁊ aq̄
dominans supra terram poterit eam sufficiēter humecta
re. igitur minor est vera. ¶ Correlariū. non opȝ omne mix Cor
tum imediate genitū ex elemento vel elementis gñari om
nibus elemētis actualr ɔcurrētibus. sequtur ex ȝne. ¶ 10a 10a ȝ
cōclusio. tale mixtū sic genitū ex vnius solius elemēti cor
ruptione virtualr adhuc gñatur ex oībus elemētis. pbat
sic. tale mixtū nō gñatur nisi oībus qualitatibus pmis ad
mediū reductis mām disponentibus pro eius gnōne: ideo
virtualiter generat ex oībus elementis. ɔña tȝ. q̄ cōcurrē
tibus caliditate ⁊ siccitate pro dispōne materie: virtualiter
dr̄ cōcurrere ignis: eo q̄ ille sunt q̄litates nāles ipsi⁹ ignis:
⁊ ɔcurrētibus caliditate ⁊ humiditate ⁊c̄. virtualr dr̄ con
currere aer. cōcurrētibus frigiditate ⁊ humiditate aq̄ di
citur virtualr ɔcurrere. ⁊ ɔcurrētibus frigiditate ⁊ siccita
te dr̄ virtualiter concurrere terra: ⁊ ideo si oēs qualitates
prime in spē concurrūt disponēdo mām in gnōne hōȝ mix
ti adhuc illud mixtū gñatur ex oībus elemētis virtualr:
quare illa ɔña fuit bona. añs p3. q̄ impossibile est mixtuȝ
gñari sub aliqua qualitatū. s. pmarū sūma: eo q̄ tūc mix
tum esset simplex. sicut elemētum: imo citius generaretur
vel cōseruaretur illud elementū: cui illa qualitas pma in
sūmo ɔueniret. igit opȝ q̄ qualitas pma sub qua genera
tur sit remissa: ⁊ non est remissa: per prius dicta nisi per re
missionem graduū qualitatis opposite. igit opȝ q̄ ipsum
generetur ex oībus q̄litatibus pmis in spē ad medium ali
qualiter reductis: ⁊ hoc fuit añs. ¶ Undecima cōclusio. 11a ȝ
omne mixtū residēs circa mediū locū est compositum ex
oībus simplicibus virtualiter in eo remanētibus. pbat ex
pcedēte: q̄ in omni mixto manēt quatuor qualitates pri
me ad mediū reducte. igitur v̄tualiter in omni mixto ma
nent oīa simplicia. ɔña tenet. ⁊ añs declaratur: sicut in p
cedenti cōclusione. ¶ Item secundo. in omni mixto ma
nent qualitates motiue quatuor elementoruȝ. igitur vir
tualiter manent oīa simplicia. ɔsequentia tenet. q̄ quali
tates motiue sunt spāles virtutes simpliciuȝ. añs apparet:

q2 in omni mixto maxime manent caliditas ⁊ siccitas: ad
quas sequitur leuitas ignea: manēt caliditas ⁊ humiditas:
ad q̄s sequitur leuitas aerea. manent frigiditas ⁊ humidi-
tas: ad q̄s sequitur grauitas aquea: manēt frigiditas ⁊ sic
citas: ad q̄s sequitur grauitas terrea. Hec ēt cōclusio posset
T.c.49. 12°. probari duab⁹ rōnibus ph̄i. in littera: sed omitto ꝓpter bre-
uitatem. ¶ Duodecima ꝯ ponitur ꝯsimilis de generatio
ne mixtoꝝ: sicut precedens est posita de cōpositione. q̄ ad
cuiuslibet mixti substātialis gn̄ationē opꝫ concurrere vir
tualiter oīa simplicia. probatur eisdē medijs: qbus proba
Cor^m tur precedēs. Ex qbus cōclusionibus sequitur correlariuꝫ:
q̄ omne mixtū residens circa mediū locū est compositum
ex oībus simplicibus virtualiter: sed nō actualiter cōcur-
Dubiū rentibus ad eius generationeꝫ. pꝫ ex dictis. ¶ Diceret ali-
quis. ꝑꝑ quid terra in oībus vel saltē in pluribus mixtis
ꝑ ꝑfectis dn̄atur: cū tn̄ ipsa sit vilissimū elemētoruꝫ. ¶ Re-
spōdetur dupl'r. vno modo q̄ natura sagax ingeniauit h̄
propter salutem mixtoꝝ: eo q̄ paruꝫ de elementis calidis
per fortem actionē caloris est magis actiuū q̄ꝫ multuꝫ de
terra est frigefactiuū: ideo si dominarētur elemēta calida
in pondere ipse eēnt nimie actionis seu calefactionis: ⁊ sic
ꝑ alis corrumperet totū frigidū: ⁊ periret mixtum. ¶ Aliter dī
q̄ locus circa terrā est tēperatus q̄si sufficienter calidus p
rarefactionē ⁊ reflexione radiorū lucis: ⁊ sufficienter frigi
dus actione elementoꝝ frigidorū: ⁊ ideo mixta indigent
temperie qualitatū primarū. ingeniauit natura vt eēnt in
loco temperato. s. circa terraꝫ: ⁊ hoc esse non posset nisi in
oībus dominaretur terra. Et hoc de secūdo.

Ad p^m His premissis respondetur ad rōnes. ¶ Ad
primaꝫ dī q̄ est pro pma ꝯclo-
ne ex dictis in correlarijs respōsiuis post oēs cōclusiones.
Ad 2^m ¶ Ad scōm dicit̄ q̄ mixta in fundo maris existentia vir-
tualiter cōponuntur ex igne. nā in eis est caliditas aliqua
lis cum siccitate que sunt qualitates ignis: imo mediantī
bus qbus intensis existētibus mixtis posset iterū generari
ignis. Et ad improbationeꝫ dī: q̄ iste caliditates ⁊ siccita-
tes non corrumpūtur ab aqua circūstante: q2 conseruan-
Ad 3^m tur a formis substantialibus mixtoꝝ: quibus ipse conue-
niunt. alr̄ corrumperentur. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ nulla
sunt mixta ita grauia: sicut terra si esset ita in nālı dispo-
sitione. ¶ Secundo dicit̄ q̄ metalla bene grauiora sunt q̄ꝫ
terra: que est apud nos: q2 illa nō est nāl'r disposita: imo a
radijs solaribus est nimis leuificata: ⁊ ideo adhuc in plū-
Ad 4^m bo ⁊ auro sunt elemēta leuia: q2 terra naturaliter disposi-
ta esset grauior eis. ¶ Ad quartū negatur q̄ in auro nō
sit virtualiter aqua. Ad probationē dicitur q̄ auruꝫ lōgo
tēpore durat in igne propter tēperatam eius mixtioneꝫ ⁊
cōseruationē forme subalis auri cōseruantis humiditateꝫ
⁊ frigiditatē auri. est enim maioris virtutis in cōseruādo
frigiditatē ⁊ humiditatem tantā q̄ sub eis pōt pmanere:
q̄ꝫ ignis in corrūpēdo easdē: ⁊ hoc spāliter ꝑꝑ cōpactionē
Ad 5^m māe auri ⁊ vniformē mixtionē eiusdem. ¶ Ad qntuꝫ de
Ad 6^m mixtis imꝑfectis si que sint talia pꝫ quid sit dicenduꝫ per
Ad 7^m notabilia. ¶ Ad sextū dicit̄ q̄ est pro nona conclusione ⁊
eius correlario. ¶ Ad septimū dī cōcedendo q̄ eque bn̄ ꝑ
nām pōt mixtū gn̄ari ex vno elemento actualr̄ cōcurrēte:
sicut ex quatuor: sicut rō arguit: sed tn̄ hꝫ gn̄atio erit vir-
tualiter ex oībus elemētis: prout dictū est in cōclusione de
Dub^m cima. ⁊ propter hoc dī mixtum semper generari ex q̄tuor
elemētis. ¶ Et si dī. si mixtū pōt sic eque bene generari ex
vno sicut ex quatuor: sequitur q̄ natura superflue ꝑduxit
quatuor elemēta. ꝯñs est falsum. ⁊ ꝯñā tenet. q2 non vide
tur ea produxisse nisi propter mixta: ⁊ eorū gn̄onem. mo-
do istū finem totaliter ⁊ equaliter cōsequi posset non exi-
ꝑ stente nisi vno elemēto. ¶ Respōdetur negando ꝯñtiam.
Et ad probationē eius dī dupl'r, vno modo q̄ per actionē

propriā elemētoꝝ nō cōcurrente alio imediate māꝫ eꝫ toꝝ
disponēte: nō pōt generari mixtū nisi ex q̄tuor: vt dictum
est in ꝯclone octaua: ⁊ iō q2 non semꝑ ꝯcurrit aliud dispo
nens māꝫ elementoꝝ imediate pro gn̄one mixti nā inge-
niauit q̄ essent quatuor. ¶ Aliter dī ⁊ melius q̄ nā non
solū produxit elemēta ꝓpter mixta: sed ꝑꝑ decorē vniuer-
si ⁊ ipsius ꝑfectionē: ⁊ ideo fundamētū probationis ꝯñe ē
falsum. ¶ Ad octauū dī q̄ oēs qualitates taꝫ alteratiue Ad 8^m
q̄ꝫ motiue in spē manēt in mixto: vt dictū est in cōclusiōe
vndecima. Ad improbationē dī q̄ nō opꝫ q̄ mixtū vbicū
q̄ ponatur quiescat: q2 lꝫ vbicunq̄ ponatur mixtū suarū
qualitatum motiuaruꝫ aliqua essent in loco nāli: tn̄ forte
mixtū non quiesceret: q2 nō est natuꝫ moueri s̄m exigētiā
illius qualitatis motiue existētis in loco nāli: sed alterum
predominātiū in trahēdo: ⁊ ꝓpter hoc mouebit̄. ¶ Rō
post oppositū est pro duab⁹ vltimis ꝯnibus: ⁊ eoruꝫ corre
larijs. Et hec de ista questione sufficiant.

¶ Amplius autem ⁊ potentias attribuunt
corpori. Tex. cō. liiij. Qō. xiiij.

Queritur decimoq̄rto. Utruꝫ qualita
tes actiue sint principia acti-
ua principalia in gn̄atiōe mixti ex elementis. p^m
¶ Et arguitur q̄ sic. illa sunt principia acti-
ua principalia gn̄onis mixti: qbus positis po-
nitur actio: ⁊ qbus nō positis nō ponit̄ actio: sed sic est de
q̄litatibus pmis: igit̄ ⁊c̄. maior pꝫ de se. minor manifesta ē
per experiētiā: q2 vbicunq̄ ponit̄ caliditas siue in ferro si
ue in igne ipsa calefacit applicata calefactibili: et qn̄ ipsa
nō ponitur nō fit calefactio. vn̄ si ignis non haberet calidi
tatem ipse nō calefaceret. ¶ 2°. illa sunt pn̄ actiua in gnō 2^m
ne mixti per que elēta agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē: sꝫ elemen
ta agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē per q̄litates pmas. igit̄ ⁊c̄. ma
ior pꝫ. q2 illa sunt pn̄ actiua corruptionis elētoꝝ. ꝗ gnō-
nis mixtoꝝ. ⁊ ꝯñā. q2 eadē sunt agētia corrūpētia elēta ⁊
gn̄atiua mixta. minor pꝫ de se. ¶ 3°. illa sunt pn̄ actiua in 3^m
gnōne mixti: s̄m quoꝝ proportionē aliā ⁊ aliā gn̄ant̄ alia
⁊ alia mixta: sed s̄m proportionē q̄litatū primaꝝ aliaꝫ ⁊
aliā gn̄ant̄ alia ⁊ alia mixta. ergo ⁊c̄. maior pꝫ. q2 supposi
ta idētitate māe effectus non diuersificat̄ nisi ꝓpter diuer
sitatem agētū: sicut tradit̄ a Cōmentatore 8° metaph̄. mi Cō. 12.
nor pꝫ. per ph̄m. scōo huius. cap. 7°. ¶ Cōfirmat̄ aucto- T.c.49.
ritate Ar̄. in de sensu: vbi dicit q̄ ignis nō agit inquantū Confir'.
ignis: sꝫ inquātū calidus: iō videt̄ velle q̄ caliditas est pn̄-
cipalius cā actionis ignis: ⁊ per ꝯñs principale principiuꝫ
actiuū. ¶ Quarto. qualitates pme sunt cause generatio- 4^m
nis mixti ⁊ nō sunt cāe alie q̄ꝫ actiue: igit̄ sunt pncipia acti
ua in gnōne mixti. ꝯñā tenet. añs pro pma parte pꝫ. q2 nū
q̄ꝫ generaret̄ mixtū nisi cōcurrerent q̄litates prime. ⁊ hoc
nō videt̄ esse nisi aliquo modo esset causa totalis genera-
tionis. minor nota est inducēdo in singulis alijs generib⁹
causarū. non enim sunt cause māles: q2 non sunt māe sub-
stantie. nec cause formales gn̄ationis: q2 generatio est ipsa
met forma: nec est causa finalis: q2 precedūt generationeꝫ
in mā. ⁊ ideo sunt finis gratia cui⁹ fit generatio. ¶ Quin 5^m
to. ad duplationē caliditatis sequitur duplatio effect⁹. igi-
tur caliditas est causa pncipalis. ꝯñā tenet. q2 hec videtur
causa pncipalis effectus ad cuius duplationem: sequitur
duplatio effectus. añs probatur. q2 si ignis cum tanta ca-
liditate produceret tātū: cum subdupla non produceret nisi
subduplū. ergo. ¶ Sexto. illud agēs ad cui⁹ variationeꝫ 6^m
variat̄ effectus: vꝫ magis pncipale q̄ꝫ illud agēs ad cuius
variationē nō variat̄ effectus: sed ad variationē q̄litatum
primarū variatur effectus: ⁊ ad variationem ignis vel ele
mentorum substantialiter non variatur effectus: igitur ⁊c̄.
maior rationis videt̄ de se nota. minor apparet. q2 si cali-

ditas varietur in generatione ignis vel animalis sic q
ipsa nō concurreret variaretur effectus: sed si alie variarē
tur seruata caliditate: vt si caliditas summa poneret i fer
ro et nō in igne equalr calefaceret: et equaliter produceret
7ᵐ effectus prout experimur. ¶ Septimo. si alicubi accñs
pncipalr agunt tunc sic ds poni vbiqz: sed alicubi agūt pn
cipaliter. igit etc. maior videt nota: qz non est potior ratio
in vno loco qz in alio. minor pz. in sacramento altaris vbi
nō minus faciunt accidētia per se repta sine subo qz in pa
ne faciebant vbi stabant in subiecto. ergo etc.

T.c.54. t.55. **In oppositum** videtur eē pħs scdo hui' cap 8°. vbi reprobat antiqs ponentes cām gnōnis esse caliditatē et frigiditatem.

¶ In ista qōne erūt duo articuli. In pᵒ rñdebit ad qsitum. In scdo remouebūtur dubia vt vident cōia.

pᵐ nōnᵐ **Quantum** ad pᵐ p nō. q sm pħm sunt duplices
cāe agētes: qdā eēntialr ordinate: alie
accñtaliter. Essentialr ordinate dñr: quoz posterior depē
det in esse et in agere a priori: sic q ipsa nec posset eē nec age
re nisi existēte priori agēte. Cause accidentaliter ordinate
dicunt quoz posterior nō dependet in esse et agere a priori:
2ᵐ nōnᵐ vt pater et filius sunt cause agentes. ¶ Scdo nota. q ali
que sunt pncipales. alique instrumētales. pncipales respe
ctu aliarū dicitur: que dirigūt alias in agendo et pseruāt
easdē: vt faber respectu mallei. vnde pma cā. i. deus est cau
sa agēs simplr principalis qz ipsa dirigit oīa alia: et a nul
lo dirigit. Alia vo agētia respectu suoz inferioz pncipa
lia pñt dici: tñ respectu primi agētis oīa sunt instrumenta
lia. Instrumētales cause dicunt que ab aliis pncipalibus
cōseruant et dirigunt in agēdo: vt malleus respectu fabri.
vñ oīa respectu pme cause instrumentalia dicunt. ¶ Ter
3ᵐ nōnᵐ tio est notādū. q adhuc cārum agentiū alie sunt mediate
alie imediate: imediate que agunt in passum sine alio cō
agente medio. mediate vo que agūt mediāte aliquo alio
4ᵐ nōnᵐ coagēte. ¶ Quarto nō. q in agētibus essentialr subordi
natis nālr loquēdo: pma non pōt agere cū infima nisi
coagētibus oībus mediis. de hoc magis dicet post. pz. qz
nunqz diceret pħs pmā cām posse agere cū sorte et berta
gñando filiū nisi celum coageret. et p psequēs nisi coage
rent omnes cause medie essentialiter subordinate.

pᵃ ʒ **His premissis** sit prima conclusio. nullū acci
dens in virtute ppria pducit
aliud accñs. probat. qz qcqd accñs producit: pducit vir
tute agentiū superioz. igit cōclusio vera. pña tz. et añs ap
paret. qz accidēs dependet in esse et in agere ab agentib' su
perioribus. et per pñs quicqd pducit facit virtute supioz
Dubᵐ agētū a qbus depēdet. ¶ Sed ʒ videtur q sit illud pn
cipalis cā caliditatis vel effectus cui effectus magis assi
milatur: sed caliditas magis assimilatur caliditati: et acci
dens accidēti. igit etc. maior videt nota. qz agēs agit pro
Re pter assimilare sibi passum. minor nota est de se. ¶ Respō
detur negādo maiorē: imo effectus cōiter magis assimila
tur instrumētali agenti qz pncipali: qz tūc enī pma cā sit
in omni actione agēs pncipalissimū: tñ minime ei assimi
lant effectus. Et ad pbationē dī q illud dictū. agēs agit
propter assimilare sibi passum. vel intelligit de qualitatib'
primis solū: vel de his agētibus inferiorib'. supiora enim
agētia nō agūt propter assimilare sibi passum prout notū
2ᵃ ʒ est. ¶ Scda ʒ. nullū accidens in virtute propria pducit
aliquā subam. probat. qz magis vident pducere accidens
qz subam: sed nequeūt in virtute propria pducere accñs.
igitur nec subam. tenet pñtia. maior pz. qz accidēs simil'
est accidēti qz sube. et qz facilius est producere accidēs qz
Confirᵉ subam. minor pz. per cōclusionē precedentē. ¶ Et confir
matur. qz si in vtute ppria producere subam tūc daret al
teri maiorē perfectionem qz ipsummet haberet. et sic vltra
gradū propriū ageret: qd nō est pōle. apparet. n. agēs esse
prestātius passo. et tenet pñtia. qz daret perfectionem sube
quecūqz sit illa. modo pfectio sube est maior qz quecunqz
pfectio accidētis. ¶ Tertia ʒ. qlitates elementoz non sunt 3ᵃ ʒ
principia actiua pncipalia in gnōne mixtoz. probat sic.
qz agēs pncipale alicuius effectus ds esse nobilius vel eq
nobile: sicut est effectus illorū. maior nota est. qz sicut di
ctum est. agēs pncipale nō pōt dare vltra illud qd habet
actu. minor est pħi 7° metaph. suba enim prior est accidēte T.c.4.
pfectione. ¶ Scdo accñs non pōt in virtute ppria produ t.47.
cere aliud accñs. igit nec est agens pncipale in gnōne sub 2ᵐ
stantie. maior pz. et pña tenet. qz magis videt posse produ
cere accidens vt agēs pncipale qz subam. ¶ Quarta con 4ᵃ ʒ.
clusio. forme subāles elemētoz nō sunt agētia subordina
ta in gnōne mixtoz. probat sic. frequēter pñt gñari mix
ta formis elementoz actiue nō cōcurrentibus: igitur non
sunt agētia subordinata in gnōne eoz. pña tz. per quartū
notabile. añs apparet in gnōne aīalium per putrefactionē
terre. ibi. n. nō pcurrunt actiue elementa: imo pncipalr ce
lum cū suis aspectibus. ¶ Scdo forme elemētoz: quan 2ᵐ
do agūt ad gnōnem mixti pure accñtaliter concurrūt in
ista gnōne. igitur nō sunt agētia subordinata. pñtia tenet.
qz agētia subordinata in suoz effectuū productione de p
se cōcurrūt. añs apparet. qz forme elemētoz nullo mō in
tendūt gñare mixta: sed sua actione forte si agūt ad extra
intēdūt gñare sibi silia: et pp hoc agūt. ¶ Tertio. ignis in 3ᵐ
gnōne ignis nō est agēs subordinatū. igitur nec in gnōne
mixti. pña tenet. qz magis videt ibi esse causa subordinata
qz alibi. añs apparet. qz ignis frequenter generatur ime
diate a celo cū lumine: vt p reflexionē a speculo pcauo nul
lo igne cōcurrente ad generationē: quod esse nō posset na
turaliter si in gnōne ignis forma subālis esset causa agens
subordinata. ¶ Quinta cōclusio. celū intelligētie: et pᵐ 5ᵃ ʒ
agēs seu pma cā sunt pncipales et subordinate in gnōne
mixtoz: loquendo nālr. pz. qz mixta gñantur ab aliq
bus eorū a causis pncipalibus et nō generāt a formis ele
mētoz: vt dicit ʒ precedēs. nec a qlitatibus eorūdē vt di
cit tertia ʒ. igit nō videtur a quo generētur principalr nisi
a celo et intelligētijs et prima cā. ¶ Cōfirmatur ʒ auctori Confirᵉ
tate pħi pᵒ metheoroz. d. q necesse est huc mundū inferio
rem esse cōtinuū. i. contiguū actionibus superioribus: vt to
ta eius virtus inde gubernet. mō gubernās est pncipalius
gubernato: igit celum et cause supiores sunt pncipales in
agēdo respectu effectuū inferioz. ¶ Sexta ʒ. qlitates pri 6ᵃ ʒ
me elemētoz sunt cāe agentes instrumētales in gñatiōe
mixtoz. pz ʒ. qz mediātibus eis tanqz mediātibus instru
mentis māꝫ disponētibus pme cause producūt formam
mixti in mā. igit ʒ vera. pña tz. et añs est manifestū. qz nun
qz ab illis causis pncipalibus producit forma mixti nisi
mā disposita sit per qualitates primas. ¶ Septima pclu 7ᵃ ʒ
sio. si cause supiores nō agerent: qualitates pme nullo mō
sufficerēt agere. apparet per auctorē de causis. nā in omnē
effectū plus influunt cāe prime qz alie. igit si ille non age
rent alie nihil possent facere. tenet pña. qz da oppositū: seq
tur q cause scde aliquem totū effectum possent produce
re absqz pmis. et per pñs in istū nō plus influunt prime cāe
qz posteriores: qd est oppᵐ añtis. Et hoc de pᵒ etc.

**Quantum** ad scdm dubitat ʒ illū pcessum. vide
tur enim q nō in oī effect' pductione
hic inferius oīa agētia subordinata pcurrāt: imo videatur
q nullū cōcurrit cū oīb' effectib' hic pductis. ¶ Primo. pᵐ
qz sequeret q agentia vlla resisterēt sibiipsis. pñs est incō
ueniens. qz nihil resistit sibiipsi. pñtia tenet. qz si agunt in
oēm effectū producendū: sequitur q agūt in productione ca
lidi: et etiā in productione frigidi: sed notum est pducēdo
frigidū resistunt omni generanti calidū respectu eiusdem

2m subiecti. igitur resistit sibipsi. C Secundo. q: sequitur q cocurreret in omni resistentia. hoc pñs est inconueniens vt probabitur. et pbatur pñª. q: nõ magis psit hec inferiora in virtute propria resistere q agere: sed per pducta nõ psit agere in propria virtute: igitur nec resistere. falsitas pñtis probatur. q: si cocurrat cũ omni resistentia: sequitur q eiusdem faciunt generationem: et quantũ psit impedit. igit videtur implicare et tã pña. q: ex quo pcurrunt cũ omnie effectue productio ne conueniens est q pcurrunt cum agere calido producedo calidũ: sed ex quo pcurrunt cũ omni resistentia: pueniens est q per frigidũ inquantũ psit ipedire gñonem calidi. igitur eidẽ effectũ facerent: et quantũ possent ipsum impedirent.

3m C Tertio si ad calefactionem pcurreret aliq subã: sequitur q illa esset virtutis infinite. pñs est falsum. et pbatur pña. q: illud agens est infinite virtutis: qd infinitũ effectũ quãtus est ex parte sui põt producere pncipaliter: modo ista suba quanti est ex pte sui infinitus effectũ põt facere pncipaliter. maior nota est de se. minor pbatur. q: ad duplationem caliditatis faceret effectũ in duplo maiorem: et ad triplationem caliditatis faceret effectũ in triplo maiorem. ergo si in infinita fieret caliditas ista a eadẽ suba quantum est ex parte sui faceret pncipaliter effectũ infinitũ. qd fuit pbãdũ.

4m C Quarto. sequitur q si celũ cessaret influere vel intelligentia moueret. q ego cessarem videre colorem. pñs nõ videtur verũ. et pñtia tenet. q: ego nullũ effectum possum facere p conclusiones nisi coagentibus oibus causis medijs subordinatis: etiam ops per cõclusionem intelligentiã mouentẽ ad ois effectus productionẽ cõcurrere. ergo si ipsa nõ influeret: ego nõ possem videre.

5m C Quinto. sequitur q nõ est intelligentia. q tunc per eã cessare agere fierent ola perpetua. C Iterum tunc graue non descenderet. nec candela illuminaret.

Ad pm Ad istas rõnes rñdetur q nõ est inconueniens q idẽ mediantibus diuersis instrumentis sibipsi resistat: vt tu mouẽdo manũ dexteram. s. versus latus sinistrum potes resistere tibipsi cõtra mouẽdo manum sinistram. Sic pma causa agẽdo cũ aqua producit frigiditatem. et agẽdo cũ igne impedit generationẽ eius et resistit sibi ipsi: hoc enim est necesse de agẽtibus vlibus q ad vnũ et eidẽ effectũ cõcurrunt agẽdo per vnũ instrumentũ et resistendo per aliud.

Ad 2m C Ad scdm rñdetur per idẽ q in omni resistentia cõcurrunt cause vles agentes: et q nõ est incõueniens agẽtia vlia per vnũ suum instrumentũ agere. et p aliud inquantũ per nãm ps per illud instrumentũ psit eundes effectũ impedire: sic enim cuilibet enti hic inferius insluunt vt diligãt se pmanere: et ideo cũ quolibet ente in pticulari inquantũ psit per ipsum nãliter sepe impediunt effectus generationẽ: ad cuius generationẽ sequitur illius primi corruptio.

Ad 3m
2ª rñsio. C Ad tertiũ põt dici vno mõ q principalissima cã oium causarũ est infinite virtutis in vigore. s. pma cã. Uerũ est q licet ita sit: tamen hoc forte rõ naturalis nõ diceret. Iõ aliter dñ negando pñtiam. Ad probationẽ dici põt dupliciter. vno mõ cõcessa maiore: negatur minor q substãtia principaliter agẽs quanti est ex parte sui põt pducere infinitus effectũ. Et ad pbationẽ dñ q si ita esset quãtũ ad infinitã intẽsionẽ caliditatis aliq substãtia finita produceret infinitum effectũ: illũ nõ pduceret nisi mediante instrumẽto infinito: et ideo til ud instrumentũ cum causis superioribus produceret totũ effectũ: et ad hoc non sequitur aliquõ istorũ superiorũ agẽtiũ esse virtutis infinite.

3ª rñsio. C Aliter põt dici forte et melius q quãtitas caliditatis intenderetur: tñ semper esset finita: et ideo cã agẽtes solũ finite p eã pñt: licet tñ sincathegorematice cõcedi posset et miraculose q in infinitum caliditas põt intẽderi q in infinitũ suba potest forte calefacere: sed ad istas nõ sequitur q subã entia agẽs pncipaliter sit infinite virtutis: sicut nõ sequitur graue simplr

per subtiliationẽ mediũ põt in infinitũ velocius descẽdere. igit est infinite virtutis. C Ad 4m dñ naturaliter loquẽdo q si celũ cessaret: aut pma cã influere non solũ cessaret hõ videre: sed et esse: de hoc magis videbit in alia qõne. Ad 4m

Ad 5m C Et p hoc vltra cõceditur rñdẽdo ad qntum. q si intelligẽtia agere cessaret q nihil plus corruperet: q: nihil plus remaneret: et ideo nõ sequitur q oia fierent perpetua. pcedit etiã q candela nõ illuminaret. nec graue descẽderet: et etiam videbuntur de hoc plus in qõne corrũdente huic materie post et c.

Ad rõnes Ad rationes pncipales. C Ad pmã dñ q non ops illud esse cãm pncipale alicuius actionis: quo posito pmo ponit effectus seu actio: et q remoto remouet actio: q: stante volũtate esf caci artificis posito instrumẽto et materia ponit actio: et isto instrumẽto remoto remouet actio: non tñ instrm est cã principalis.

Ad 2m
Ad 3m C Ad scdm dñ q bene probat qualitates pmas esse causas agẽtes instrumẽtales. et hoc est pro secta pclone. C Ad tertiũ dicit eodem mõ q verũ est q illa sunt agẽtia pncipalia vel instrumentalia: sm quorũ proportionẽ aliem et aliã et c. nec ops q talia sint agẽtia principalia: q: oẽs effectus producti q diuersificãtur pp diuersitatẽ agentiũ instrumentaliũ: quia idẽ est deus et idẽ celũ cõcurrẽtia pncipaliter i omni effectuũ gnõne: pp tñ particulariũ diuersitatẽ diuersificãtur effectus: prout notus est: q: sm eorũ diuersitatẽ agẽtia pncipalia aliter et aliter influunt in effectũ. Et ad pfirmationẽ dñ q pbo non plus voluit nisi q ignis calefacit mediatẽ caliditate: et non sine ea. nec hoc est contra dicta.

Ad 4m C Ad qrtũ concedo q qlitates prime sunt cãe actiue in gnõne mixti: sed instrumẽtales: et dictũ est. et nõ plus probat rõ.

Ad 5m C Ad qntũ dñ q nõ ops illud esse cãm pncipalem ad cuius duplationẽ duplat effectus: q: hoc frequenter cõtingit pp ter duplationẽ instrumẽti. et ideo rõ non pcedit.

Ad 6m C Ad sextũ dñ q forte in gnõne ignis caliditas magis de per se cõcurrit hoc est solũ instrumẽtaliter: et non vt cause eẽntialiter ordinate.

Ad 7m C Ad septimũ de sacramẽto altaris dñ q ibi pma cã supplet locũ: mãe sic q agit per qualitates et facit qlitates pati: sicut si essent in substãtia: sed q: per miraculum hoc est: rõ non est ad propositum. C Ratio post oppositũ est pro premissis cõclusionibus.

C Similiter aũt facientibus vnam eorũ materiã et c. Tex. cõ. xlviij. Qõ. xv.

Ueritur qntodecimo. Utrũ cõtingat dare mixtũ tẽperatũ ex elemẽtis vel ex qlitatibus eorũ. C Et arguitur q sic. q: vbi est dare maius et minus ibi est dare equale: sz ptigit eẽ mixtũ lapsum ad caliditates et siccitatẽ magis et ptingit dare lapsus minus ad ista et magis ad pña. puta ad frigiditatẽ et humiditatẽ. igit ptingit dare mixtũ bñs equaliter de istis. et hoc erit tẽperatũ. igr et c. maior videt esse principiũ. et minor manifesta est de diuersis mixtis. in colericis enim dñat caliditas et siccitas: et in cucurbitis frigiditas et humiditas. q aũt mixtũ bñs equaliter de istis tẽperatũ appareat: q: tẽperatũ est adequatio qualitatũ elemẽtorũ in vno induiduo. 1m

2m C Scdo ẽ dare aliquõ mixtũ intẽperatũ ex elemẽtis. ergo erit dare aliquõ mixtũ tẽperatũ ex eisdẽ. pbatur pña. q: si vnũ oppositorum est in nã spaliter: qõ est priuatio et minus desideratũ a nã: tunc et erit et reliquũ: qõ est habitus et magis a nã intentus. modo intẽperatũ et tẽperatum sunt opposita et est intẽperatũ priuatio: et minus intẽtũ. igit et c. maior nota est et minor sit: q: nã magis intẽdit temperie et pfectionẽ q imperfectionem et intẽperie.

3m C Tertio. nisi sic nullũ alal esset pfecte sanum. pñs est falsum. et probatur pña. q: sanitas consistit in tẽperamẽto qualitatũ eltorũ: et in adeqõne debitã eorũdẽ.

4m C Quarto. signato aliquo mixto vel est tẽperatus

& habetur propositū. vel est intēperatū: & sic tūc alique q̄-
litates excedūt alias. pono igit̄ illas remitti vel alias intē-
di: donec fiat adeq̄tio: qd̄ non videt̄ impossibile quo facto
5m. erit mixtū tēperatū. igit̄ &c. ¶ Quinto. sit mixtū lapsum
ad frigidū & humidū equal̄r: & pono q̄ alteret̄ quousq̧
fiat eq̄liter lapsum ad calidū & siccū: tūc sic. nō ꝯtingit trā-
sire de extremo in extremū nisi transeat̄ per mediū: sed hic
fit trāsitus de lapso ad frigidū & humidū equal̄r vsq̧ ad
eq̄liter lapsum ad calidū & siccū. igitur trāsiret̄ ꝑ mediū
in quo oīa ista erūt adequata. & per ꝯñs illo tunc qn̄ erit il-
6. lud mediū erit mixtum tēperatū igitur &c. ¶ Sexto. est
dare aliqd̄ mixtum qd̄ nāliter quiescit in medio elemento-
rum: qd̄ sc̄z derelinquit duo elemēta infra se: & duo supra
se: igitur est dare mixtū equaliter ex elemētis. ꝯña tz. q2 ta-
le videretur eq̄liter mixtū ex elemētis: q2 tm̄ habet de leui-
tantibus: sicut de grauitantibus. añs videt̄ patere per ex-
periētiam. q̄ in aere descēdit: & in aqua ascendit: & in me-
dio illoꝝ quiescit: & pz rōne: q2 si q̄esceret nāliter supra ma-
gis. ponatur intēdi grauitas donec sit adeq̄ta leuitati: &
tūc q̄esceret nāliter in medio: & si infra q̄esceret ponatur re-
7m. mitti grauitas & itēdi leuitas. ergo &c. ¶ Septimo. sicut
est in maiori mundo ita est in minori: sed in maiori mūdo
elemēta sunt adequata in potentijs. ergo ita dz esse in mi-
nori mundo. s. in hoīe. igitur hō dz eē tēperatus in elemē-
T.c.17. tis. maior pz. cōuenienti similitudine. & accipitur a pħo 8°
phycorum. minor pz. q2 nisi elemēta in minori eēnt adeq̄-
ta in potētijs: vnum eoꝝ corrūperet aliud: & sic fieret mun-
8m dus inordinatus: quod non est possibile. ¶ Octauo. ars
potest facere ex aliq̄bus duobus elemētis mixtū. igit̄ hoc
magis pōt natura. ꝯña tz. q2 maioris virtutis & potentie
est nā q̄z ars. añs pz. q2 poss̄e est q̄ artifex per artem suā fa-
ciat mixtū equal̄r ex aqua & vino. igitur &c.

T.c.49 Cō.7. In oppositum arguitur per Cōmentatorem in isto scđo. vbi vult q̄ impos-
sibile est dare mixtū ex elemētis equal̄r. & hoc idē dicit pꝰ-
mo celi. vbi probat hoc: q2 illud mixtū q̄esceret vbicunq̧
poneretur: nec haberet motū nālem. q2 mixtū mouet̄ ad
motum elementi dominantis in eo: modo si essent adeq̄ta:
tunc nullū elemētum esset dominās. igitur &c.

pm nōn^m Pro ista q̄one nota q̄ mixtū ex elītis pōt in-
telligi dupl̄r. vno mō diceret̄
mixtū tēperatū in quo elīta in oībus q̄litatibus remanē-
tibus. s. tā alteratiuis q̄z motiuis essent adequate. puta mi-
xtū: qd̄ tm̄ haberet de caliditate: sicut de frigiditate: & sic
de alijs q̄litatibus elītoꝝ. & hoc mixtū diceret̄ tēperatū
ad pōdus: q2 equali pondere in intēsione: elemēta in suis
q̄litatibus in eo ostarent̄. Alio mō diceret̄ mixtum tēpera-
tum nō ad pōdus: sed in ordine ad cōplexionē sue spēi de-
bitam. & vocat̄ hoc tēperatū ad iustitiā. s. mixtū in quo nō
sunt oēs qualitates elemētoꝝ adequate: sed in quo sunt i
optima dispōne ſm operationes debitas certe spēi. vñ aduer-
tendū est: q̄ qd̄libet mixtoꝝ certā q̄litatiuā dispōnē sibi
determinat: que nō cōsistit in eq̄litate oīum q̄litatū elītorū
sed in debita dispōne eaꝝ in ordine ad operationes sibi de-
bitas: & proportione sibi ꝯuenientē: si. n. in hoīe fieret adeq̄-
tio q̄litatū pmaꝝ vel magna tēdētia ad eq̄litatē: statim
moreret̄ hō: eo q̄ nimis remitteretur caliditas eius nālis.
igitur tēperamētū ꝯueniēs homini cōsistit in ꝓportione
q̄litatū pmarū: q2 hō posset optime in operationes sibi de-
bitas. Et ſm hꝰ duplex tēperamētum. Erūt in q̄one duo
pꝰ arti. articuli. In pmo videbit̄ vtrū sit possibile mixtum esse tē-
peratum ad pōdus ex elemētis. Secundo vtrum sit dare
mixtum tēperatum ad iustitiam ex eisdem.

pm nōn^m Quantum ad pmū nota q̄ in mixto ex elītis du-
plices derelinquunt̄ q̄litates: q̄dā al-
teratiue: sicut caliditas hūiditas & frigiditas & siccitas: &

quedā motiue locales: sicut sunt grauitas & leuitas: ex quo
sequitur q̄ adhuc pmus sensus q̄onis pōt intelligi tripli-
citer. Primo mō. vtrū sit mixtū in quo oēs q̄litates hꝰ eq̄-
liter ostent̄: sicut supius dictū est. Alio mō si sit dare mix-
tū in quo oēs q̄litates alteratiue sunt eq̄les: siue motiue
localiter sint eq̄les siue nō. Et 3° mō si sit dare mixtum in
quo q̄litates motiue local̄r sint adequate q̄cq̄d sit de alte-
ratiuis. ¶ Scđo nota. q̄ de hac mā volo loq̄ pure natu- 2m nōn^m
raliter: q2 qd̄ per potētiā diuinā posset esse tēperatū ex ele-
mentis siue ad pondus siue al̄r nullus negaret.

Tunc sit pma suppositio. si in mixto essent adequa- pꝰ suppō
te qualitates alteratiue mixtum haberet
multū plus de grauitate q̄z de leuitate. probatur sic. q2 ad
hoc q̄ in mixto sit tāta leuitas: sicut grauitas reqritur q̄
in eo sit multo maior caliditas q̄z frigiditas. igit̄ si essent
adequate in mixto caliditas & frigiditas: nō eēnt adequa-
te leuitas & grauitas: imo esset maior grauitas q̄z leuitas:
qd̄ est propositū ꝯña tz. & añs declarat̄: tam in nāl̄r dispo-
sitis q̄z in violenter dispositis. in nāl̄r dispositis ꝯstat q̄ in
aīali est multo maior grauitas q̄z leuitas: tñ cū hoc est in
eo maior calitas q̄z frigiditas: eo q̄ vita aīalis cōsistit i cā-
lido. si ergo pro calefactione deberet leuitas adeq̄ri gra-
uitati: oporteret q̄ in eo fieret multū maior caliditas q̄z
frigiditas: q2 actu est maior: sicut dictū est. in violēter cali-
dis apparet sil̄r. nā in ferro calido est maior grauitas non
obstante: q̄ in eo sit maior caliditas. Si igitur per vlterio-
rem calefactionē deberet leuitas adequari grauitati opor-
teret q̄ caliditas valde excederet frigiditatē. ¶ Ex quo se- 2° suppō
quitur scđa suppositio. si esset mixtū equaliter ex qualita-
tibus motiuis ipsū esset mixtū inequaliter ex alteratiuis.
pz ex precedente. ¶ Tertia suppō. supposito q̄ in aliquo 3° suppō
mixto q̄litates alteratiue elītoꝝ eēnt adequate in gradu:
adhuc tñ ipse nō essent adequate in virtute. apparet: & ad-
huc caliditas fortius ageret & minus resisteret q̄z frigidi-
tas. q2 iste due simul fortius agerēt & minus resisterent q̄z
siccitas & humiditas. ¶ Quarta suppō. supposito q̄ q̄li- 4° suppō
tates prime in mixto essent adequate. in agere tamen non
essent adequate in resistere. apparet: q2 si frigiditas dz esse
equaliter actiua: sicut caliditas: opz q̄ sit intensior q̄z ca-
liditas per prius dicta. mō intensior est fortioris resistentie
q̄z caliditas. patz. q2 equalis magis resistit q̄z caliditas. er-
go a multo fortiori intensior magis resistit.

His premissis sit pma ꝯclo. nō ē poss̄e mixtū pꝰ ꝯ
esse tēperatū ad pōdus ex elītis
quo ad q̄litates motiuas & alteratiuas simul. appꝫ ꝑ du-
as pmas suppōnes: q2 si sit adeq̄tio in qualitatibꝰ alterati-
uis: erit inequalitas in motiuis. si autē fuerit equalitas in
motiuis: erit inequalitas in alteratiuis. ¶ Scđa ꝯ. poss̄e ē 2° ꝯ
esse mixtū tēperatum quo ad q̄litates alteratiuas tm̄. ap-
paret: q2 si sit iā inequalitas in mixto: ponamus q̄ si sit la-
psum ad siccitatē & frigiditatem: q̄ fiat alteratio ad cali-
ditatem quousq̧ sit equalis frigiditati. & ad humiditatē
quousq̧ sit eq̄lis siccitati. nec videt̄ quin hoc sit possibile.
quo facto erit mixtū tēperatū quo ad qualitates alterati-
uas. ¶ Tertia ꝯclo. poss̄e est esse mixtū tēperatū quo ad 3° ꝯ
q̄litates motiuas equal̄r probatur sicut precedēs. q2 sit in-
equalitas: eo q̄ habeat mixtū plus de grauitate q̄z de le-
uitate. fiat leuificatio quousq̧. s. leuitas sit grauitati adeq̄-
ta: & habet̄ propositū. ¶ 4° cōclusio. si in mixto q̄litates 4° ꝯ.
motiue ostarent̄ equal̄r vel ad imaginationē oēs q̄litates
sic q̄ eēt simpl̄r tēperatū ad pōdus: adhuc nō vbicūq̧ po-
neret̄ quiesceret: q2 posito tali mixto in spera ignis: adhuc
aer aqua & terra traherēt ipsū deorsū. & leuitas ignis nō ꝯ.2.pꝰ.
resisteret: eo q̄ eēt in loco nāli: imo etiā in spera aeris mo- ca.7.
ueretur deorsū. & sola leuitas ignea resisteret: aerea. n. le-
uitas esset in loco nāli: & iō nō trahit: sili mō ꝓbaret̄ q̄ in

eque vel terrã moueret̃ sursum.si tñ in medio inter aerez
z aquã poneret̃ non traheretur:q2 duo elmta per suas q̃li-
tates tenerẽt ipsum deorsum: z duo alia elmta tenerẽt ipm
5^a ꝯ̃ sursum. ¶ Quita ꝯ̃.supposito q̧ esset mixtũ tẽperatuz ex
elemẽtis ipsum nõ esset ꝑpetuũ.pz per tertiã suppõnem:q2
supposito q̧ q̃litates alteratiue essent eq̃les in gradu : ta-
men non essent equales in virtute:sitr.n.in ea nõ essent eq̃-
les in resistere:quare adhuc in tali mixto eẽt difformitas
seu diuersitas intrinseca:ꝑp quam esset corruptibile: z ite-
rum tale mixtum approximatũ summe calido vel summe
frigido ab eis pateretur: z disconuenienter disponeretur:
quare posset corrũpi. z hoc est propositum:
2^a arti.
Quantum ad 2^m vidẽdũ est vtrũ sit dare aliquod mixtũ exñs in optima dispõne debita
z nãli sue spẽi:ꝑ quã optime põt in oẽs opationes suas de
bitas: z hũc articulũ subdiuidẽdo. Primo põt videri vtrũ
mixta diuersarũ spẽrũ possint hẽre eãdẽ dispõnem z ꝑpor
tionẽ qualitatũ ꝑmarũ. Scdo videbit̃ vtrũ mixta eiusdez
spẽi possint manere sub alia z alia qualitatũ pmarũ dis-
positione z cõplone. Tertio videbit̃ vtrũ viuũ q̃diu viuit
semꝑ sibi determinet silem vel eandẽ dispõnẽ seu cõplexio
nem vel potius ꝭm diuersitatẽ iuuẽtis vel senectutis deter
minet sibi cõplexionẽ aliã z aliã. 4^o videnduz est vtrũ cõ-
plexio calefactiua fortior sit in pueritia vel in iuuẽtute ho
minis. 5^o videbit̃ si mixtũ ꝑ aliqd tẽpus posset esse vel ma
nere sub optima cõplexione sue spẽi determinata.

p^m nõn^m p^o p^s 2^i articli.
Quantum ad pmũ pmo nota: q̧ quedã est com-
plexio radicalis ipsius mixti.s. quam
sibi determinat forma subalis eius.alia est quasi accidẽta
lis: z ab extrinseco.s.quam mixtũ habet per alterationem
2^m nõn^m ab extrinseco:sicut a sole vel a nutrimẽto. ¶ Secũdo no-
ta.q̧ in cõplexione radicali viui sicut asini duplices sunt
qualitates:quedã sunt eductiue forme:sicut caliditas cũ
aliis qualitatibus primis.alie sunt organice : sicut figura
z alie dispõnes organoꝝ:sicut i oculo figura oculi : z alie
dispõnes que disponunt oculũ ad hoc q̧ per ipsum fiat vi
3^m nõn^m sio. ¶ Tertio notãdũ est q̧ ad mutationẽ complexionis
vel dispõnis accñtalis:seqtur variatio cõplexionis nãlis:li
4^m nõn^m cet nõ ita totalr. ¶ Quarto nõ.q̧ mixtum certe spẽi sub
aliqua dispõne stat naturaliter: z sub aliq̃ violenter : z sub
aliqua nunq̃ põt stare:qñ est sub prima tunc est sanũ vel
simplr vel vt nũc:qñ est sub scda est infirmũ.nunq̃ aũt ẽ
5^m nõn^m sub tertia:q2 illa adueniente mixtũ morit̃. ¶ Quinto no
ta.q̧ cõplexio qualitatiua in mã cũ agẽtibus vniuersali-
bus agit tñ quãtũ põt.q2 est agens naturale.

p^a ꝯ̃ His premissis sit p^a ꝯ̃.cuilibet spẽi ꝯuenit ali-
qua latitudo ꝑportiõis q̃lita-
tuz ꝑmaꝝ:sub qua nullũ mixtũ alteri^o spẽi nãlr posset eẽ.
pz hoc:q2 entia diuersa in spẽ nãliter determinant sibi di-
2^m uersas cõplexiones. ¶ Scdo pz idẽ.q2 cõplexiones taliuz
qualitatũ agũt tantũ quãtũ pñt.dato igit̃ q̧ vna plurib^9
spẽbus ꝯueniat nãlr:seqtur q̧ illa introducta in mã ꝑ eaz
vtreq3 forme duaꝝ spẽꝝ producẽtur cũ agẽtib^9 vlib^9: s3
manifestũ est:q̧ hoc non est possibile.q̧ aũt hec dispõ seu
proportio habeat latitudinẽ:pz hoc:q2 nõ oia indiuidua
eiusdẽ spẽi:habẽt eandẽ dispõnẽ qualitatũ pmarũ. ¶ 2^a
2^a ꝯ̃ ꝯ̃.vnaqueq3 spẽs determinat sibi maiorẽ latitudinem sub
qua põt stare violenter.q̃3 sub qua põt stare nãliter.pz.q2
maior est latitudo sub qua põt stare hõ infirmus.q̃3 sub q̃
potest stare hõ ꝑfecte sanus:pluribus enim modis in quo
libet ꝯtingit esse male q̃3 bene. ¶ 3^a ꝯ̃.dato indiuiduo cer-
3^a ꝯ̃ te spẽi:vt terra ipsa sub dispõne qualitatiua minus ꝯue
niente põt ꝑmanere q̃3 ipsum põt gñari. ꝑbat̃.q2 data ter
ra deueniẽte ad dispõnẽ:non ita ꝑfectã:sicut erat ista sub
qua generabat̃. Quero vtrum adhuc est.si dicis q̧ sic:se-
quitur:cũ non sit dare vltimuz ꝑ̃ ꝑmanẽtis in esse:si hec
dispõ vlterius dispõnet̃ pro corruptiõe terre: q̧ hec terra
post erit:sed tũc esset sub dispõne q̃litatiua minus ꝯuenien
te q̃3 erat illa sub qua gñabatur:eo q̧ hec est remissa que
erat equalr cõueniẽs.igit̃ ꝯ̃ vera. Sed si dicatur q̧ hec ter
ra nõ est .icõueniẽs est:q2 ex quo terra sub hac dispõne po-
tuit gñari. z potuit sub ea remanere z esse:eo q̧ nõ minor
virtus reqritur ad rẽ de nouo ꝑducẽdã q̃3 ad eã ꝯseruan-
dam ꝑductã. ¶ 4^a ꝯ̃.sequit̃ q̧ plura indiuidua diuersa- 4^a ꝯ̃
rum spẽꝝ pñt sub eadẽ vel sub silĩ dispõe q̃litatiua rema-
nere violẽter. ꝑbat̃ ex precedẽte:q2 supposito q̧ terra ime
diate gñaretur ex aq̃:tunc ꝯstat q̧ imediate vsq3 ad gnõ-
nez terre manebit aq̃.ergo manebit sub dispõne frigidita-
tis z humiditatis vsq3 ad gnõ-ẽ terre. ¶ Et tũc 2^o iteruz
ex terra gñaret̃ aq̃:ꝯstat terrã remanere sub dispõne min^9
ꝯueniente q̃3 gñabatur.ꝑ ꝯ̃nem ꝑcedentẽ.ergo cũ maiori
frigiditate z humiditate manebit q̃3 gñabat̃.igit̃ sub ea-
dem vel silĩ dispõne manebit sub qua mansit aq̃ ante eius
gnõnẽ.igit̃ ꝯ̃ vera. ¶ Quinta ꝯ̃.veniẽdo.s.de sũmo calo 5^a ꝯ̃
z sũmo sicco ad sũmũ frigidũ z sũmũ humidũ isinite sunt
ꝑportiones medie:q̃ꝝ q̃dã sunt maiores: z q̃dã minores:
q̃dam rõnales:q̃dã irrõnales.pz de se.q2 a quacũq3 modi
ca additione vel ablatione variat̃ ꝑportio. ¶ 6^a ꝯ̃.sub q̃li 6^a ꝯ̃
bet illarũ proportionuz põt esse aliq̃ forma vel nãliter vel
violẽter.pz.q2 alr mã per alterationẽ fiet sine forma in pro
cessu de sũmo calido z sũmo sicco ad opposita:qd nõ ẽ di-
cendum. ¶ Septima ꝯ̃:nulla forma subalis sub q̃libet il
larum dispõnum põt esse nãliter:vel ẽt violẽter.ꝯ̃ manife- 7^a ꝯ̃
sta est de se.ex quo pz.q̧ aliqua mixta fiunt post alia deter
minata. z nõ qdlibet post qdlibet indifferẽter. vñ nõ post
corruptionẽ equi gñatur imediate asinus : q2 sunt cõple-
xiones medie qualitatũ ꝯuenientes aliis mixtis:quas opz
ꝑtransiri anteq̃3 deueniat̃ de esse eq̃ in esse asinũ. ¶ Octa- 8^a ꝯ̃
ua ꝯ̃.verisimile est q̧ nulla forma stat nãlr sub ꝑportiõe
irrõnali qualitatũ.pz.q2 alie proportiões sunt nobiliores
z aptiores pro exercendo opationes debitas rei.ex quo pz
quare aliquaꝝ spẽrum indiuidua se mutuo diligũt. z ali-
quarum se odiũt: q2 qñ proportiones nãles diuersis specie
bus ꝯuenientes sunt adinuicez rationales vel armonice:
tũc indiuidua illarũ specierũ cõsueuerũt se diligere. si aũt
sunt in proportione irrationali ꝯsueuerũt se odire:vt fore
est pe oue z lupo. ¶ Nona ꝯ̃.forme diuersarum spẽrum 9^a ꝯ̃
bñ pñt esse nãliter sub eadẽ vel silĩ dispõne qualitatiua or
ganica.pz de oculo asini z de oculo bouis:in qbus sunt si-
miles dispõnes organice: z tñ hñt formas subales extẽsas
.s.aias diuersas. Et hoc de pma pte huius articuli.

Quantum ad scdam partẽ sit pma cõclusio hec. 2^a p^s 2^i articuli.
nõ oia indiuidua eiusdẽ spẽi determi- p^a ꝯ̃
nant sibi nãliter eãdem cõplexionẽ:pz per medicos ponen p^m
tes quatuor cõplexiones in eadẽ spẽ spãlissima humana:
z ponunt adhuc in qualibet eoꝝ latitudinẽ ꝭm magis z
minus. ¶ Scdo.q2 si colericus alteret̃ ad complexionem 2^m
flegmaticã fieret infirmus:qd non esset si esset eadem com
plexio flegmatica z colerica. ¶ Tertio.dicunt medici:q̧ 3^m
quedã est cõplexio lapsa z minus nãlis: z alia nãlis i eadez
specie.igit̃ ꝯclo vera. ¶ 2^a ꝯ̃ est.q̧ oium illarũ complexio- 2^a ꝯ̃
num vni spẽi cõuenientiũ nãliter est talis vnio q̧ nullius al
terius spẽi indiuiduũ sub tali aliqua staret naturalr appa
ret ex scda parte illius articuli. ¶ Tertia ꝯclo.non oium 3^a ꝯ̃
mẽbroꝝ eiusdẽ indiuidui est silis cõplexio apparet ꝑ me-
dicos dicẽtes cor eẽ cõplexionis calide z sicce: z cerebrum
frigide z humide zc̃. ¶ Itẽ fortius apparet:q2 certum est 2^m
q̧ si cerebrum tñ fieret calidũ z siccũ:sicut cor est calidũ
hõ esset infirmus. z hec cõclo est manifesta de dispõnibus
organicis:licet ẽt vera sit per probata de dispõnibus edu-
ctis. ¶ Tertio ꝯfirmatur ꝯ̃.ex auctẽ Aristo.dicentis.ossa 3.a.66.
esse cõplexionis terree: z constat q̧ multa membra aialis 3^m.

4ᵘˢ cōclo nō sunt cōplexiōis violente:seu terree. ℭ Quarta ɔclusio
eiusdem forme extēse sicut est anima bouis:omnes partes
differunt inter se solū numero essentialiter. pbatur.quia
aliter nullatenus ille partes constituerent eandem formā
totalem:cuius oppositum supponitur.ꝛ pꝫ consequentia.
qꝛ due forme substantiales diuersarum specierum non fa-
ciunt vnum:eo ꝙ vltima earum non sunt vnum. Iterum
si facerēt vnū pari rōne diceremus ptes forme totalis vir
gule:cuius vna medietas est arida:ꝛ alia viua facerēt vnā
formam totalem:ꝛ sic virga deberet dici vnum substālr sicut
aīa:qd tñ nō est dicēdū.cum vna eius ps sit viua:ꝛ alia mor
tua:ꝛ tal'a nō faciūt vnum substālr.lꝫ ista virga posset dici
Corre^m vnū in gn̄e q̄ntitatis. ℭ Correlarium.forme ossis.carnis.
cordis ꝛ cerebri.in asino sunt essentialr silēs.sicut due albe
dines eiusdem albedinis totalis.pꝫ.ꝛ solum differunt nūo
ꝯ ɔ̄nem p ɔ̄nē.ꝛ ita faciūt due ptes albedinis. ℭ Sꝫ ɔ̄ hāc ɔ̄onē
arguit fortiter. ℭ Primo.ꝙ ad diuersas dispōnes q̄litati
uas ꝛ diuersas ꝓportiōes q̄litatū sequitur diuersitas spe-
cifica formaꝝ substālium.sed in diuersis mēbris eiusdē aīa
lis sunt diuerse dispōnes q̄litatiue ꝛ dissimiles.igit ꝛc̄.ma-
ior pꝫ.qꝛ alia rō nō pōt assignari:quare mixta diuersarum
spērum habēt diuersas formas substāles:nisi propter diuer
sitatē dispōnū mãe educētium formas substāles.minor pꝫ.
2^m p tertiā ɔ̄nē. ℭ 2°.dissimiliores sunt q̄litatiue ɔplexiones
oculi ꝛ cordis eiusdē aīalis:q̄ꝫ sint oculi ꝛ oculi animaliū
diuersaꝝ spērum:vt eq ꝛ bouis:sed hec dissimilitudo com
plexionū in oculis aīalium est cā diuersitatis specifice forā
rū ꝓductarū.igit ēt dissimilitudo complexionis cordis ꝛ
3^m oculi. ℭ Et cōfirmat 3°.qꝛ dissimiliores sunt forme ossis
ꝛ carnis q̄ꝫ forme ossis ꝛ ossis.sed os ꝛ os numero differūt
ergo os ꝛ caro differunt plus q̄ꝫ numero.igitur differunt
spē. ℭ Pro solone illaꝝ rōnum p̄mitto ꝓbabiliter.ꝙ lꝫ in
eodē aīali sint cōplones eductiue mēbrorum ꝛ diuerse:tñ il
le sunt rōnales adinuicem:ꝛ habentes quasi equalē habi-
tudinem proportionis in ordine ad totum.sic ꝙ est in oī-
bus his ꝓportionibus consonantia seu armonica silitudo
in ordine ad totū aīal.ꝛ pp hoc lꝫ alique ptes sint calidio
res:ꝛ alique minus calide:nihil ꝓhibet formas eductas
esse totalr siles essentialr:sicut ēt est calitas intensior cum
calitate minus intensa siūs eēntialiter.p ħ rñdetur ad ra-
Ad p^m tiones. ℭ Ad p̄mam dr̄ negando maiorē.s.ꝙ diuersas di
spositiones qualitatiuas seqt diuersitas specifica:vl'r eam
intelligendo.sed opꝫ addi ꝙ sit diuersitas ɔplonis talis q̄
nō habet consonantiā debitā vni forme totali:seu vni forē
eiusdē spēi.mō hoc nō est in diuersis mēbris eiusdem aīal.
Ad 2^m ℭ Ad scdm dr̄ p̄ ꝙ dispōnes q̄litatiue organice oculoꝝ
equi ꝛ bouis sunt similiores q̄ꝫ oculi ꝛ cordis eiusdeꝫ aī
malis. ℭ Secūdo.ꝙ caliditates eductiue duoꝝ oculoꝝ
sunt similiores q̄ꝫ oculi ꝛ cordis eiusdem aīalis. ℭ 3° ꝙ ꝓ
portiones oculoꝝ eq ꝛ bouis nō sunt ita siles:nec tantam
hñt ɔuenientiā armonicā ad eandē formā totalē:sicut ɔple-
xiones totales cordis ꝛ oculi eiusdē aīalis.ꝛ pp illud forē
partiales cordis ꝛ oculi sunt eiusdem speciei:ꝛ duoꝝ ocu-
Ad 3^m loꝝ eq ꝛ bouis sunt diuersaꝝ spēꝝ. ℭ Ad ɔfirmationem
dr̄.ꝙ forma ossis ꝛ ossis sunt accñtalr similiores:q̄ꝫ ossis ꝛ
carnis.sed essentialiter non.ꝛ iō rō nō ꝓcedit.Et hoc de se
cunda parte istius articuli.

3ᵃ ps 2ⁱ articuli. p^m nōm^m **Quantū** ad tertiā ptē nota.ꝙ medici ponunt hoīs
septem etates.Una est infantia.ꝛ dicit du
rare vsqꝫ ad septimū annū.2ᵃ est pueritia.ꝛ dr̄ durare a 7°
anno.vsqꝫ ad.18.annū.3ᵃ est adolescētia.a.18.anno:vsqꝫ
ad.25.annum.vel circa.4ᵃ est iuuētus:ꝛ durat.a.25.āno.
vsqꝫ ad.35.vel.36.5ᵃ est etas virilis.ꝛ durat a.35.vel.36.vs
qꝫ ad.49.vl eo circa.6ᵃ est senectus.ꝛ dicitur durare a.49.
vsqꝫ ad.60.vt in pluribus.Ultima etas est decrepiti.ꝛ du
rat vltra.vsqꝫ ad finem vite. Querit ergo iste articulus.
vtrum in qualibet harum homo sit eiusdem complexio-
nis. ℭ Scdo nota.ꝙ he assignationes vt in pluribus te- 2^m nōm^m
nent:non tamen sunt pūctuales.immo in quibusdam vi-
dent minores.ꝛ in qbusdā maiores.imo ꝓ infirmitate vel
aliūde posset ɔtingere ꝙ he etates vel aliq ipaꝝ multo ci-
tius terminarētur q̄ꝫ in terminis prius assignatis.

p^a ɔ̄. **His premissis** sit conclusio responsalis.hec
ꝙ in diuersis etatibus eiusdē
viuentis est alia ꝛ alia cōplo.apparet.qꝛ si talē ɔplonē ha-
beret qs in senectute:q̄lem habuit in iuuētute.infirm⁹ esset.
ꝓpt medici cōiter ponūt mixtū tñ oꝫ denolari a ɔplone si-
bi ɔueniēte in optima ꝛ cōuenientissima etate.ꝛ illas com
plexionis esse dicit.Et ħ de 3ᵃ parte istius articuli.

**Quantum** ad q̄rtā ptē videbit.Utrū calitas for- 4ᵃ ps 2ⁱ articuli.
tior sit in pueritia vel in etate iuuentu
tis.Et arguitur p̄.ꝙ calitas seu calor iuuenis sit fortior. p^m
ꝛ hoc sic.ille calor est fortior.qui maiores effectus pt face
re.sed sic ē de calore iuuenis.igit ꝛc̄.maior pꝫ.qꝛ p q̄ꝫtita-
tem effect⁹ cognoscit q̄ꝫtitas forme.act⁹.n.notificāt po^{nem}. T.c.2.ꝛ
9.metha.vnde ex alio nō cognoscit ꝙ calor ignis ē maior 7.
q̄ꝫ aeris.nisi qꝛ magis calefacit.igit sic erit in ꝓposito.mi-
nor sic declarat.p̄ q̄ ad nutritionē.qꝛ calor iuuenis suffic̄
digerere cibaria grossa ꝛ non pueri. ℭ 2° in augmentatio
ne.qꝛ regulr crescunt hoīes in iuuentute magis:q̄ꝫ faciūt
in pueritia.imo ad minus fm latitudinē ꝛ ꝓfunditatem.
ℭ 3° in gn̄atione.qꝛ calor iuuentutis generat ꝛ nō pueri.
ℭ 4° in motu locali.qꝛ mouet localiter pfectius calor iu-
uenis:q̄ꝫ pueri. ℭ 2°.calor iuuenis est cum sicco tempato 2^m
igitur est fortior.ɔ̄ña tꝫ per Cōmentatorem 3° colliget vbi
dicit ꝛ voluit:ꝙ ceteris paribus calor est maior qui est cū
sicco temperato.aūs apparet.qꝛ cōplo iuuenis est calida ꝛ
sicca:ꝛ non excessiue sicca.per Auicen.p̄ canoñ.fen p̄ma.
doc.tertia dicens.ꝙ iuuenes hñt ɔplexionē magis tēpera
tam q̄ꝫ pueri. ℭ Tertio.calor nālis est fortior:qui fundat 3^m.
in subo puriori.sic est de calore iuuenis.igit ꝛc̄.maior pꝫ.
qꝛ videt ꝙ pfectio mãe.arguit pfectionem formaꝝ.ꝛ etiā
qꝛ calor nālis trahit originalr ex puritate humidi etiam i-
fusi a parentibus:q̄re quanto idē magis puꝝ:tāto erit pu
rior ꝛ maior calor.minor pꝫ.qꝛ hūidū iuuenis est puri⁹ ꝛ
pfectius.Prio.qꝛ ē ꝓpinquis tpato.qd qdē ē sūme puꝝ.ꝛ
pꝫ p Aui.in loco p̄alle.2°.qꝛ si puer noscit nimis lapsus ad
humiditatem:ille lapsus potest corrigi in iuuētute.vt vo
lunt medici.ħ aūt eē nō posset:nisi humiduꝫ iuuenis fieret
purius.3°.qꝛ superfluitas humidi iuuenis est valde ꝛ ma
gis digesta.vt pꝫ in supfluitatibus aꝑatum.igit hūiditas
est purior.ɔ̄ña tꝫ.ɔ^m illi⁹ apho.p̄ apho.dr̄.n.ibidē.pueroꝝ
supfluitates sūt puriores.qꝛ vr̄ ꝙ illud humidū qd restau
ratur loco deꝑditi freq̄nter sit purius q̄ꝫ humiditas pueri.
ꝓbatur.p̄.qꝛ v̄tus p̄ris forte fuit debilis ꝛ nati in iuuentu
te erit fortis.ꝛ sic purius erit humiduꝫ.qd restaurat in iu-
uētute q̄ꝫ humidū infusum a p̄re.ꝛ hr̄ ꝓpo^m.2°.qꝛ humi-
dum iuuenis restauratuꝫ ē magis acq̄situm:ꝛ magis coagu
latuꝫ q̄ꝫ humidū pueri.igit purius. ℭ 3°.qꝛ humidū iuue
nis vr̄ magis eē digestū q̄ꝫ pueri. ℭ 4° ad p̄ncipale i illo ē 4^m.
maior calor:in q̄ magis dñat ignis.sed sic est de iuuene.g̃
ꝛc̄.maior nota ē de se.minor apparet.qꝛ corp⁹ iuuenis dr̄
calidū ꝛ siccū.ꝛ ħ est leo dñari ignē.nō aūt sic ē de puero.
ℭ Deinde arguitur.ꝙ calor pueri sit fortior:ꝛ hoc sic.in In op^m
illo est maior calor.in quo fit maior augmentatio.sed sic ē
in puero.igitur.maior nota est.qꝛ caloris est extēdere ra-
refacere ꝛ augere.minor patet.qꝛ pueri crescunt notabili
ter fm longitudinem:ꝛ iuuenes nō. ℭ Scdo in illo ē ma- 2^m
ior calor:in quo est plus de humido.sed sic est de puero.
igitur ꝛc̄.maior patet.qꝛ calor naturalis sequitur hūidi-
tatem vel humidū radicale:ꝛ ex eo nutrit.igit maior erit:
vbi est magis humidū.minorē ꝓbāt medici.ꝛ Aui.p̄ can.

3m doc. 3°. ꝛ ꝑ apho. in cō. illius. ¶ Tertio sic. ille calor est ma
ior qui sufficit prolongare vitam. sed sic est de calore pue-
ri. igitur ꝛc. maior nota est. qz calor naturalis est pñm vite
minor pz. qz calor pueri sufficit ad continuationem tot°
vite iuuentutis ꝛ senectutis: ꝛ cum hoc sufficit pro vita ꝑ
4m cedenti: quod non facit calor iuuenis. ¶ Quarto i puero
sunt fortiores operationes nãles. igiẛ maior calor. ꝯña tz.
antecedēs pz de digestione: qz frequentius comedunt pue
ri sine nocumēto. q̄z. s. iuuenes. ꝛ in eis est ṽtus expulsiua
5m fortior. vt voluit Gal. 6. de morbo. ¶ Quinto in illo ē ma
ior calor qui magis ꝓpinquat pñ° gñationis. sed sic est ĩ
puero. igiẛ ꝛc. maior pz. qz pñm gñationis est sperma. hoc
autem est vehemēter calidum. per Auic. pmo can. ꝛ pmo
apho. ꝛ Gal. cō. apho. Et q crescunt. modo quanto aliqd
magis appropinquat ad naturam alicuius: tanto est ma
6m gis tale. minor manifestaẛ de se. ¶ Sexto. i iuuene nihil
est de calore nãli. igitur nō ē in eo calor. ꝯña tz. añs ꝓbaẛ.
qz quelibet pars corporis pueri aliqd deperdit. ꝛ per ꝯñs an
tequam ad etatem iuuētutis veniat omnes ptes q̃ sunt a
pueritia erunt resolute. igitur ꝛ tota caliditas naturalis.
igitur non erit ibi nisi calor aduentitius vel cibalis: ꝛ par
tes noue. ꝯña scdã nota est de se. ꝛ pma tz. qz nō potest ma
7m nere calor naturalis nisi maneat eius subiectum. ¶ Se
ptimo arguitur. mobilitas ꝛ inconstantia arguit maiorē
calorē: sed talis est in pueritia. igitur ꝛc. maior pz. qz ca-
lor reddit corpora mobilia fm Gal. pmo tegni. minor pz
per phm. 8. ethi. d. q pueri eodez die fiunt amici ꝛ inimici.
8m ¶ Octauo. quãdo aliqs effectus debetur aliquibus duo-
bus. vni p prius. alteri per posterius. sic q posteriori conue
nit per prius. pfectius ꝛ magis cōuenit priori. sed calidas sic ē
in puero ꝛ in iuuene. s. in puero per prius. ꝛ in iuuene p po-
sterius. igitur ꝛc. maior pz. qz ꝓpter hoc pma cã dr magis
esse cã effect°. q̄z scdã. ꝛ ꝑ poste. pp qd vnũqdqz. tale ꝛ illud
magis tale ꝛc. minor pz. qz calitas pueri est cã augmen-
9m ti ꝛ nutritionis: qbus acqritur calor iuuentutis. ¶ Itẽ
nono. calor pueri fundaẛ in mã pfectiori. igiẛ est maior ꝛ
pfectior. ꝯña tz vt pus. qz pfectio subi arguit pfectionem
sue forme. añs declaraẛ. qz humidum pueri in quo funda
tur calor est purius ꝛ pfectius. pbatio. qz continue fit per
applicationē nutrimenti humidũ magis impuz: qz si eq̃
puz posset restaurari: vita posset ppetuari. ¶ 2°. qz in hu
mido pueri est minus de superfluo. pz. qz minus est de hu
mido nutrimenti. ¶ Tertio. qz humidũ gñaẛ de purio-
ri mã. s. de spmate: qd plures hz digōnes q̄z humidũ cibale:
qd est i iuuene. ꝛ p ꝯñs purius ē. sed si de sanguie mēstruo
dicere vellemus genitũ humidũ pueri adhuc magis dige
stũ est q̄z humidũ genitum ex cibo in iuuene. ꝓbaẛ. qz ille
sanguis erit supfluus in quanto ꝛ non in quali. vt dcs vo-
lunt: ꝛ sic erit nisi digestũ q̄ztũ humidũ cibale. ꝛ post p spma
ꝛ matricē amplius digeriẛ. ¶ 4°. humidũ pueri fit a pñ-
cipijs gñationis. humidũ aũt iuuenis fit a pñ° nutritionis
pñ° vo gñationis. pfectiora sunt q̄z nutritionis. igiẛ pfecti°
agēs est humidũ pueri generãs q̄z iuuenis. ꝛ igiẛ humiduz
10m pueri ē purius. ¶ Decimo supfluitas pueri est magis tē-
pata. igiẛ calor est nãlior ꝛ maior. ꝯña tz. qz qd ē nãle ma-
gis tendit ad tpamentũ. igitur calor erit maior ꝛ nãlior a
quo pcedit supfluitas tpatior. añs pz p Gal. i cō. apho. Et
q crescunt. pus allegati. dicit. n. q calor pueri est suauior: ꝛ
sudor magis gratus sensui tactus. ¶ Deinde arguitur q
sit equalis calor auctoritate Auic. pmo can. fen pma. do-
ctrine 3°. dicētis. q calor in iuuene ꝛ puero est eqlis. ꝛ rō ē
qz idem est ꝛ vnus. idez aũt ē eq̃lis sibiipsi. q autez sit idē
declaraẛ per hoc. q calor pueri seruatur in iuuentute ꝛ et°
Nõm etate. ¶ Prosequēdo hanc difficultatem est notandum
q est opinio vna bene probabilis sic dicēs. supposito q lo
cutio fiat de eodem indiuiduo. ꝛ q non queraẛ de calore

fluente. qz ille variatur fm diuersitatem humorum vel ci- al. 3. 1 h
borum. dicitur autem calor fluens spũs calidi generati in
corde ꝛ emissi ab eo ad singula membra: sed q loquatur
de calore naturali radicali. s. caliditate inexistente a natu-
ra que est qualitas introducta ex pncipijs natiuitatis ex-
pansa expansione corporis. q calor potest dici maior vel mi-
nor dupsr. Prio modo essentialr. s. quantum ad gradus
suos itensionis i se. Secundo modo potest dici maior: non
in se: sed quantum ad operationes. vt maior calor dicere-
tur. per quem maiores fierent ṽtutes. Quo premisso pōit
duas conclusiones. ¶ Prima est. calor pueri est essentia- p° ꝯ.
liter itensior. probatur. in illo est calor naturalis maior: in
quo de ipso est minus corruptum. sed sic est. q de calore in
puero est minus corruptum: q̄z in iuuene. ergo ꝛc. maior
nota est de se. minor apparet. qz corrupto humido p mo-
duz seq̄le corrumpitur calor naturalis. eo q forme sub
stantialis nō potest manere sine suo subiecto. modo i pue-
ro minus est corruptum de humido radicali q̄z in iuuene
qz cōtinue per totam vitam corrumpitur humidum radi
cale p Auicē. pmo can. doc. 3°. igitur oportet q magis hu
midum sit corruptum i iuuene q̄z i puero. ꝛ p consequens
calor. ¶ Secunda conclusio eorum est q quantum ad 2° cōclo.
aliquas operationes calor naturalis i iuuene est maior: ꝛ
quantuz ad aliquas i puero est maior. pma pars pz. qz in
iuuene calor est minus impeditus ad operandũ. ꝛ ideo me
liores ꝛ fortiores potest facere operationes. vt generatio-
nem motuz localem. actus cognoscendi. ꝛ sic de alijs. Se-
cunda pars patet. qz i puero expulsiones superfluitatum
sunt maiores. similiter ꝛ augmentationes vel nutritiones:
ꝛ he opationes indigent multo humido. hoc autem ma-
gis abundat i puero. ¶ Contra istam opionem lz sit pro- ꝯ illam
babilis: sunt alique fortes rationes impugnãtes fundamē op.
tum ipsius. pmo. qz loqui volunt de caliditate radicali ꝛ pm
non fluente. ꝛ tamen questio videtur pncipalr querere de
calore radicali actuato per fluentem. calor. n. radicalis nō
erit in operationes nisi actuatus per fluentem Auerroys
scdo colliget. ¶ Secundo contra illud fundamentũ quo 2m
dicitur q calor radicalis est solum ille q est itroductus ex
pncipijs natiuitatis. qz vel vocant calorem radicalem illũ
calorem qui erat in spermate. ꝛ si sic: impossibile tunc esset
q ille expanderetur per totum corpus animalis. eo q ma
teria spermatis per totum animal sine alia materia sibi su
peraddita nequit extendi. vel vocant calorem radicalem
illum qui est calore spermatis productus immediate i mē
bra sine adiutorio caloris cibalis: ꝛ si sic. tunc solus calor
cordis esset radicalis. quod non est verum. ꝛ tenet cōsequē
tia. qz cor pmo viuit: ꝛ est pñm vite. 3° de partibus aialium.
ꝛ p ꝯñs pmo nutritur. ꝛ si sic. omnia alia membra generã
tur a calore cordis radicali: ꝛ etiam a calore cibali eiusdez
cordis nutriti. igitur si solus ille calor diceretur radicalis.
q ꝓducitur a calore spermatis sine iuuamine caloris ciba
lis solius cordis erit calor radicalis. Vel vocant calorem
radicalem illum qui est a calore spermatis immediate vel
mediate vna cum calore cibali genitus. ꝛ si sic. sequitur q
omnium membrorum calor naturalis erit radicalis. ꝛ p
consequens non erit solum ille radicalis qui ex principijs
natiuitatis producitur. quod est contra eos. ¶ Et ideo di
missa ista opinione potest aliter dici fm alios ꝛ melius seu op. ꝓpe
defensibilius. ¶ Pro quo primo nota. q calor naturalis pm nõm
est duplex. quidam est fluens. ꝛ quidam radicalis. Fluens
vero duplex est. quidam habet se in ratione materie: ꝛ ali°
in ratione forme. calor fluens naturalis habens se in rōne
forme sumitur dupliciter. Vno modo p corpore calido se
quente humores quodammodo: ꝛ genitum ex eis per al-
terationem cordis. Unde quasi habet se per modũ forme
ꝛ humores precedentes p modũ mãe. ꝛ sic est spũs vitalis

motiui vel sensitiui. Alio modo capitur magis proprie ꝓ
qualitate informante tale corpus: et sic est qualitas inhe-
rens spiritibus. Calor fluens habens se in rōne mãe. iterū
dupliciter accipitur. vno mō pro corpore calido presuppo
sito pro gñatione caloris fluētis formalis. et sic dicitur hu
mor. Alio mō capitur pro qualitate informante tale subꝫ
sicut dictum est de calore fluente formali. ¶ Ex quib⁹ ap-
paret qd dꝫ dici calor fluens sm hanc opinionem. vꝫ. spūs
vitalis. eius caliditas. humor presuppositus: ex quo spirit⁹
natus est produci: vel eius caliditas. Calor radicalis etiaꝫ
sumit dupl'r. Uno mō ꝓ subō calido: et sic est mēbrum ca
lidum: et sic non est multum ad propositū ad pñs. qꝛ cor
pus iuuenis manifeste est magis calidus: q̃ pueri. et sic ca
piendo calorem radicalem. qd non est dubia. Alio mō su-
mitur ꝓ caliditate informāte membrū subm: et sic est qua
litas inherens membro inducta a causis ipsam producen
tibus. s. spermate. vel etiam a caliditate membrorū a sper
mate producta similis caliditati spermatis: inquantū sm
cursū nature. etatis et regiminis. prime caliditati. s. intro-
ducte a spermate possibile assimilari. vnde calor radicalis
vocant mēbra corporis calida: vel caliditas illis membris
inherens producta a spermate: vel per modū sequele a ca
liditate ꝓducta a spermate: sit tñ q ipsa ē nālis et conue-
niens membris. non. n. credendum est. q sola caliditas q̃
a spermate ꝓducebat vocet calor radicalis. qꝛ tunc in par
tibus generatis ex nutrimento: nullus esset calor radica-
lis: quod nō est verꝫ. qꝛ sine calore radicali non viuerent.
Et dr̃ notanter caliditas mēbri conuenientis. ad dr̃am ca-
liditatis accñtalr: puta febrilis: vel a calore solis: aut a mo
tu introducte: que non conuenit mēbris: et ideo quia talis
calor non existente impedimento remittitur vsq ad natu
2ᵐ nōnᵐ ralem calorem. ¶ Scōo nota. q humiditas radicalis est
duplex. vno mō vocatur mēbrū humidū. et h̃ subiectiue.
alio modo vocatur humiditas informans tale membrū:
et tale est q̃litas inherens membris humidis inducta a ge-
nerantibus mēbra. s. spermate: vel aliis similibus illis. indu
cta ꝑ modum sequele ad priorē a spermate introductā: sic
tñ q sit cōueniens rei directe. sicut est de calore radicali.
3ᵐ nōnᵐ ¶ 3° nota. q existente sanitate conuenienti regimine et in
vno et in eodem hoīe calor nālis pōt dici maior tripl'r. vno
mō intēsiue in se: et sic magis ꝓprie. alio mō q̃ ad opatōes.
et 3° mō q̃ ad subm humidum: in quo fundaf.

His premissis sit prima conclo hec. q ꝑ cōpa
tionem ad opationes calor iu-
p° ꝯ. uenis est maior. apparet primo per rōnes ad primam ptē
huius dubitationis adductas. et spālr ꝑ primam. apparet
etiam quo ad causam. qꝛ calor iuuenis est cū siccitate ma
2° ꝯ. iori: q̃ pueri. mō siccitas acuit opationē. ¶ Scōa conclu
sio. calor iuuenis maior est intensiue q̃ calor pueri. pꝫ ex p̃
cedente. qꝛ notabiliter ꝓducit maiores opationes. igif ⁊c.
ꝯña tꝫ. vt dictum fuit in pma ratione pro ista parte. Item
ad tactū sentitur maior. igitur est maior ꝯña tꝫ. qꝛ sensus
tactus melius iudicat de qualitatibus primis. antecedens
pꝫ de se. ¶ Tertio qꝛ Ar. vocat etatem iuuenilem etatē
perfectam. quod non esset nisi pncipium vite. qd est calor
nālis: esset pfectius. et ꝑ ꝯñs intensiue maius. et hec conclu
sio etiā est auer. in scōo colliget. Et si petaf: q̃re igif Auic.
Dubiū R° vocat istas caliditates eq̃les. rñdef. q hoc facit qꝛ non ni-
mis multum vna earꝫ excedit aliā. lꝫ. n. calor pueri neque-
at facere tantas opationes sicut caliditas iuuenis. tñ pp h̃
non debet reputari multo remissior. qꝛ non solum remitti-
tur eius actio propter remissionē eius in se: sed propter ob-
tusionem cum magno humido. et per contrariū fortificaf
actio caloris iuuenis: nō solum ꝓp intēsionē: sed pp eē cū
3° cōclo. sicco magis ꝓportionato. ¶ Tertia ꝯ. cōparādo istas q̃li
tates ad humidū cui inexistūt: calor pueri ē maior. qꝛ hu-
midū radicale est maius. Et ita calor pueri est maior et mi
nor. maior qdē in q̃titate. minor vō i actiuitate. et ꝑ ꝯñs
calor iuuenis est magis actiuus: et minor in q̃titate humi
di. apparet ex dictis in ꝯne p°. addendo q humiditas pue
ri est maior q̃ humiditas iuuenis. ¶ 4° ꝯ. ponif ꝓbabili 4° cōclo
ter q cōparādo istos quo ad humidum. humidū iuuenis
est purius. apparet ꝑ rōnes ad hoc prius adductas.

His premissis rñdef ad rōnes prius factas. Ad rōes
Ad pmā dr̃. q ē ꝓ ꝯnīo posi
tis. Sꝫ ad rōnes factas in ꝯriū rñdef ꝑ ordinē ad pmā ne Ad pᵐ
gando maiorē. Et ad ꝓbationē dr̃. q lꝫ verꝫ sit q caloris
sit extendere: augmētare. ⁊c. tñ ex hoc q calor sit maior in
tensiue nō sufficit q magis augmētet: nisi cetera sint pa-
ria. mō sic nō ē in ꝓposito. qꝛ calor iuuenis est in statu pfe
cto et termino q̃titatis q̃ debef indiuiduo. et iō calor ille non
augmētat. sed alia opa facit nãe cōuenientia et necessaria: vt
digōnē: motū localē. gñatōes ⁊c. q̃ sūt magis pncipalia q̃
mot⁹ augmētatiōis: sec⁹ est de calore pueri: qꝛ ē in tpe in q̃
indiuiduū nō hꝫ sibi debitā q̃titatē. et iō calor ille a nã tot⁹
dirigif i augmētationem pncipalr. ¶ Uel dr̃ q calor ꝓpe 2ᵐ rñ°.
in iuuētute nō augmētat min⁹. s. i fine adolescētie q̃ calor
pueri: et iō rō nō ꝓcedit. qꝛ lꝫ augmētatio icipiat i pueritia
tamē terminatur i iuuētute. et iō minor est falsa. ¶ 3° spālr 3ᵐ rñ°.
dr̃. q si puer facit hãc opationē magis suo calore q̃ iuue-
nis. tñ iuuenis facit opationē pncipaliorē. s. gñationem: et
plēs alias q̃s negt facē puer. ¶ Ad 2ᵐ dr̃. q in puero nō ē Ad 2ᵐ
magis de humido radicali extēsiue. sꝫ bñ est magis exten-
dibile humidū. 2° dr̃. q magis de humido radicali est in
iuuene simpl'r q̃ in puero. et tota humiditas nālis mēbro-
rū oīum ē radicalis hūiditas. put pꝫ ex dictis. et hec ē ad
min⁹ extēsiue maior. sic et mēbra: et itēsiue nō ē mior corpe
existēte sano. q̃uis iuuenis siccior sit q̃ puer q̃ ad humidi-
tatē fluētē. de q̃ aliā dcm ē. Ad Auicē. et Gal. pōt dici q vo
lūt i pueris eē hūiditatē magis extēsibilē vel humiditatē
accñtalem maiorē. et h̃ nō arguit ꝯ dcā. ¶ Ad 3ᵐ negaf. Ad 3ᵐ
q si calor sit maior q sufficit ꝓ lōgiori vita. sic nec est for-
titudo maior q̃ lōgiori tpe durat. sm. n. tales ꝓportiones
fortitudo parua ad fortitudinē maiorē sic i puero. et calor
puus ad calitatem maiorē essent maiores q̃ calor et forti-
tudo maiores. qd nō ē verꝫ. Et ad ꝓbationē dr̃. q calor ē
pnᵐ vite. et iō maior ē q ceteris pibus pt i lōgiorē durati-
nē: puta reᵐ eiusdē etatis. regimis: et alioꝝ ꝯsilium. mō sic
nō ē i ꝓpo⁰. ¶ Ad 4ᵐ dr̃. qd opatōes ille q̃ sūt cū multo Ad 4
hu⁰ fluēte sūt maiores i puero: sicut nutritio et digō seu ex
pulsio et augmē⁰. sed alie opa⁰ pncipaliores sic gnō. et cōsi
miles sūt fortiores i iuuene. et iō rō nō ꝓcedit. maior. n. nō
hꝫ vītatē nisi dicaf q ille calor est maior a q̃ oēs vel pnci-
palissime opatōes ꝓcedūt maiores. mō sic nō est de calore
pueri. ¶ Ad h̃ at qd addif de digōne pueri. dr̃ q nō valꝫ.
qꝛ multo fortius digerūt iuuenes. qꝛ plus i vna vice come
dunt q̃ pueri i sex. et ēt cibaria magis solida: et magis g̃ssa
et iō rō de freq̄nti cibatōe nihil cōcludit. ¶ Ad 5ᵐ negaf Ad 5ᵐ
maior. Et ad ꝓbationē ei⁹ dr̃. q qñ aliqd pnᵐ pticulare et
instrale ē alicuius gñatiōis. tūc nō ē icōueniēs q effectus
acqrat aliqd pncipali⁹ q̃ sit illō pnᵐ vel ei⁹ ꝓpetas. vnde
maiorē calitatē hꝫ ignis genit⁹ i aere ex radiis solarib⁹ q̃
habuerāt illi radii solares. vel ēt aer. i q̃ fuerūt. et iō cū sper-
ma sit pticulare agēs vel pnᵐ gñatiōis. nō ē incōueniēs q
puer acqrat maiorē calorē q̃ sit spmatis. Silr nō ē icōue-
niēs si iuuenis acqrat maiorē calorem q̃ puer hꝫ. ¶ Ad
sextū negaf ꝯña. et ad ꝓbationē dr̃. q sm ē suppositū. q Ad 6ᵐ
q̃libet ps aliqd deꝑdat. sed solū aliq̃. lꝫ verꝫ ē q forte oēs
ꝯtinue alterāt. sed nō ꝯtinue q̃libet deꝑdit aliqd. qꝛ nihil
remaneret. ¶ 2° dr̃. q si aliq̃ ptes recedūt. tamē aliq̃ ptes
eque pure possunt aduenire. et sic rō non ꝓcedit: qꝛ si vna
eius porcio recedit alia digesta aduenit eque pura. saltem

Ad 7m vsqꝫ ad magnam ꝑtem etatis iuuentutis. ¶ Ad 7m dr̃. ꝙ
mobilitas non ſolū prouenit ꝓꝑ calorem: ſed etiā ꝓuenit ꝓ
pter humiditatem: vnde pueri ⁊ mulieres in operationibus
ſuis ſunt magis variabiles: nō qꝛ magis calidi: ſed qꝛ ma
Ad 8m gis humidi. ¶ Ad octauam dr̃. ꝙ non opꝫ quando aliq̃
paſſio conuenit duobus: vni ꝑ prius: ⁊ alteri per poſterius
ꝙ conueniat poſteriori per prius. illā paſſionē intenſius
vel perfectius conuenire priori: ſed hoc eſt ſolū verum: vbi
prius eſt cauſa totalis ⁊ principalis reſpectu poſterioris.
mō pueritia: ſeu calor pueri non eſt cauſa principalis: imo
nec totaliter reſpectu caloris iuuenis. caloris. n. iuuentutꝭ
cauſa principalis eſt anima calorem imperfectū pueri. re
ducens ad ꝑfectionem. ⁊ ideo rō non cōcludit. ¶ Aucto
ritas phī ꝑmo poſteriorum non hꝫ locum niſi in illis: in q
bus aliquid conuenit alteri ꝓꝑ alterum: ⁊ nullo modo ꝓꝑ
aliquod ꝑticulare. mō lꝫ calor pueri eēt cā caloris iuuenis
tamē nō eſſet totalis cā. immo ꝑncipalis eſt aīa reducens
ipſum ad ſuū calorē debitū: ⁊ ꝑfectū a calore imperfecto
Ad 9m priori. ¶ Ad nonū dr̃. ꝙ non opꝫ humidum pueri eſſe in
ſuo ꝑfectiori: nec puriori. 2° ꝙ nō opꝫ humidū ꝯtinue fie
ri magis impurū. imo ſtat humidum radicale in iuuentu
te eſſe ita purū ſicut in pueritia vel purius probabiliter. 3°
dicitur. ꝙ vita non poteſt ꝑpetuari: qꝛ poſt iuuētutis etatē
humidū gn̄abit̃ ꝯtinue minus purū: et hoc tūc ꝓꝑ defectū
caloris incipiet decreſcere: ⁊ ideo tunc cōtinue diſponitur
vita ad corruptionē. Et ꝑ hoc pꝫ qd ſit dōm. qꝛ lꝫ vſqꝫ ad
iuuētutē poſſet gn̄ari humidū eque purū: nō tn̄ pōt vltra.
Ad 2m ⁊ iō dr̃ ꝙ tūc incipiet deficere vita. ¶ Ad ſcd̃am ꝓbationē
minoris dr̃. ꝙ humidū cibale ꝯuerſum in mēbrum ſtat eē
Ad 3m eque purū: ſicut radicale. ⁊ iō rō nō ꝓcedit. ¶ Ad tertiam
ꝓbationem dr̃. ꝙ ſanguis menſtruꝰ eſt mā pueri: ⁊ iſte nō
eſt in tanto depuratus qn̄ in iuuentute poſſet humidū ra
dicale reſtaurari plus purū ꝑ cibalē aduenīcs. ⁊ cū dr̃ ꝙ ē
magis digeſtus. dr̃ ꝙ forte eſt pluribꝰ digeſtionibꝰ digeſtꝰ.
ſed tamē alie digōnes pñt eſſe ita intenſe. ⁊ ſunt ꝙ ita purū
faciunt cibale ꝓꝑ vehementem cōuenientiam ⁊ intēſionē
caliditatis radicalis: Et hoc ſolum dico ꝓbabiliter more
Ad 4m aliorū. ¶ Ad quartū dr̃. ꝙ ꝑncipia humidi iuuenis ſunt
non ſolum ꝑncipia nutritionis: ſꝫ et gn̄ationis. imo pñt eē
puriora ⁊ fortiora q̄ꝫ ꝑnꝰ gn̄ationis hūidi radicalis pueri:
Ad 5m q̄ erāt in pñ: ⁊ iō rō non ꝓcedit. ¶ Ad decimum dr̃ negā
do ꝯñam. Ad ꝓbationē dr̃. ꝙ ſupfluitas pueri non eſt tē
peratior: neqꝫ ſudor eſt magis gratus tactui ꝓꝑ tꝑamētū
caliditatis. ſed ꝓꝑ humiditatē multā: ⁊ calorē debilem in
agendo. humida. n. ſunt tactui placētia. Auctoritas Aui
cen. ſoluta fuit in poſitione. Hec de quarta parte illius arti
culi ſunt probabiliter dicta.

5a ps 2i articuli. Quantum ad quintam partem reſtat videre. vtrū
ſit poſſibile eſſe mixtum temperatum
p° ꝯ. ad iuſtitiā. ⁊ vr̃ mihi ꝙ tam phī q̄ꝫ medici dicūt ꝙ poſſibi
pm le ſit eſſe mixtum tꝑatum ad iuſtitiam. ꝓbatur ſic. illud ē
poſſibile eſſe: cuius cauſe ſunt poſſibiles. ſꝫ mixti tēꝑati ad
iuſtitiā cauſe ſunt poſſibiles igit̃ ⁊c̃. ꝯña tꝫ. ⁊ añs ꝓ ꝑma
ꝑte pꝫ de ſe. qꝛ poſitis cauſis ſufficientibus ponitur effectꝰ.
ꝓ ſcd̃a ꝑte pꝫ. qꝛ cā mālis eſt quatuor elmta. put ipſa pōt
deduci ad mediū alicuius ſpēi. ⁊ ſpālr humane cōuenien
tiſſimū. Cā formalis eſt aīa intellectiua: vel accñtalis ꝯple
xio: put talia ſunt in ſubō optime diſpoſito. Cā efficiens
vñā eſt ꝑma cā cum agētibus ſupiorībus. ⁊ cā efficiens ꝑti
cularis ē duo ſemina tꝑata. ſ. pr̃is ⁊ mr̃is. Cā finalis ē ope
rationes ꝑfecte mixto tꝑato debite. mō oēs iſte cāe ſic ſunt
2m poſſibiles. vnde pꝫ minor. 2° eſt dare mixtum diſtempera
tum colericū: ⁊ eſt dare mixtū diſtēꝑatū flegmaticū. igitur
eſt dare mixtū tꝑatum ad iuſtitiam. ꝯña tꝫ. qꝛ cū l nā ꝯtin
git repiri poſterius: ⁊ ꝯtingit repiri ꝑus. vt ſi duo ſunt que
ſunt poſteriora ē vnum qd̃ eſt ꝑus duobus. mō cōplo tꝑa

ta ꝑus eſt q̄ꝫ cōplo diſtēꝑata. eo ꝙ ꝑ receſſum ab ea ſumit̃
diſtēꝑatū. ⁊ nō eꝯ. ¶ 2a ꝯ. ꝙ ſicut mixtū determinat ſibi 2a ꝯ.
complexionem eſſentialem ſibi ꝯgruā. ita determinat acci
dentalē ſibi ꝯgruā. ⁊ ſilem eēntiali. pꝫ ꝑ h̃ ꝙ mixtū aliqñ
melius ſe hꝫ in vna regione: q̄ꝫ in alia. ⁊ i vno tpe: q̄ꝫ i alio:
qd̃ nō vr̃ niſi ꝯplo eius accñtalis regiōis ⁊ tpis eēt ſibi con
uenientior. igit̃ pꝫ ꝯ. ¶ 3a ꝯ. ꝙ mixtū ſub vtraqꝫ earū opti 3a cōclo.
ma diſpoſitione impoſſe eſt diu ꝑmanere. pꝫ. qꝛ cōtinue fit
alteratio: ⁊ a medio ⁊ a ꝑtibus inter ſe. ⁊ ꝑ ꝯñs videt̃ ꝙ nō
diu pōt ꝑmanere ſub vtraqꝫ optime. ¶ 4a ꝯ. ponit̃ ꝙ poſſe 4a cōclo
eſt ſtare mixtum aliquō tpe partis ſub cōple tꝑata ad iuſti
tiam. ꝓbat̃. qꝛ pōt eā hr̃e ꝑ concluſionem ꝑmam. ⁊ cū hꝫ
eā nō pōt imediate ab ea remoueri. igitur ꝯ vera. ꝯña tꝫ.
maior pꝫ ꝑ dicta. minor pꝫ. qꝛ mixtum non eſt in infinitū
modice reſiſtentie. ⁊ ꝑ conſequens tempus aliquod requi
ritur antequam ſua reſiſtentia poſſit ſuperari. ⁊ a tempera
mento ſuo cōuenientiſſimo remoueri. ¶ Sed tunc rōna pm dum Re
biliter dubitat̃. de q̄ mixto ītelligant̃ hec dicta. ¶ Ad qd̃
reſpondet̃. ꝙ iſta loquuntur de homine. ita ꝙ voluit dice
re. ꝙ poſſibile eſt eſſe hominē optime cōplexionatū. ¶ 2° 2m dum Re
dubitatur. in qua etate ſit. ad quod ſm̄ Aui. ꝑ can. rn̄det
ꝙ ſic eſt in fine augmenti ⁊ ſine magna variatione ſui du
rat per totam etatem iuuentutis. comparatiue tamen pōt
eſſe in qualibet etate. ¶ 3° dubitatur in quo climate ma 3m dum Re
gis deberet reperiri tale mixtum. reſpondet̃ in fine quarti
climatis. ⁊ in principio quinti ſm̄ magis probabiles opi
niones. ſed Auicen. vr̃ velle ꝑ can. ꝙ magis ſit ſub equino
ctionali. ⁊ iſta eſt opinio cōis cui non bene audeo contra
dicere: licet rationes ſuper quas fundatur ſint multum de
biles: vt mihi videt̃. vnde gratia collatiōis. ⁊ vt meliꝰ ingꝛ
ratur veritas: volo declarare opinionem oppoſitam: que
etiam eſt probabilis. ⁊ ſic quilibet eligat illam que ſibi pla
cet. ¶ Pro qua ſuppono primo. ꝙ ſolum loquitur de mix pa ſuppō
to humano. qꝛ inter omnes complexiones mixtorum hu
mana eſt perfectiſſima ⁊ temperatiſſima. ¶ Secūdo ſup 2a ſuppō
pono. ꝙ membra eiuſdem hominis exiſtentis in naturali
diſpoſitione ſunt in qualitatibus primis multum diſſimi
lia ⁊ contraria. apparet de cerebro ⁊ corde ſatis de intentio
ne phī ſcd̃o de animali. ⁊ per Aui. primo canonis. fen pri
ma doctrina de complexionibus. ¶ Tertio ſuppono. ꝙ 3a ſuppō
cor hominis naturaliter diſpoſitum obtinet principatum
in calefaciendo ſuper partes calidas circum circa exiſten
tes: ita etiam apparet per experientiam: ⁊ alie partes a cor
de continue habent ſpiritus ⁊ calores a corde. ¶ Quarto 4a ſuppō
ſuppono. ꝙ illud proprie non dicitur aliquo tempore eſſe
ꝙ ſolum per inſtans eſt: apparet per phm̄ octauo phyſi T. c. 67.
corum. c. xiij. de motu reflexo.

Tunc his ſuppoſitis ſit prima concluſio. ꝙ ſi i ho pa ꝯ.
mine eſſet complexio optima ſeu tempe
rata ad iuſtitiam: illa nullo toto tempore remaneret. pro
batur ſic. ſi in. a. inſtāti eſſet: ipſa immediate poſt. a. inſtās
non erit. igitur concluſio vera. conſequentia tenet. ⁊ ante
cedens probatur. qꝛ in. a. inſtanti caliditas cordis incipit
alterare calefaciendo partes minus calidas. igitur imme
diate poſt. a. inſtans non erunt iſte partes ſub iſto tempera
mento ſub quo fuerunt ante. igitur immediate poſt. a. in
ſtans non erit per totum corpus temperamentū optimū.
omnes conſequentie ſunt de ſe note. antecedens apparet.
qꝛ caliditas cordis obtinet in caliditate ſuper alias partes
minus calidas. per ſuppoſitionem tertiam. ⁊ eſt agens na
turale agens tn̄ quantum pōt. igit̃ ſemꝑ agit ꝑtes aſſiſten
tes calefaciendo. igitur dato ꝙ in. a. inſtanti eſſet tꝑamen
tū optimū: caliditas cordis icipiēs calefacere ꝑtes exiſtes
circū circa remouebit corpus ab hoc tꝑamēto optimo
¶ 2a concluſio eſt. ꝙ non eſt poſſibile eſſe hominē tꝑatū 2a ꝯ.
ad iuſtitiam per naturam. probatur ſic. qꝛ ſi poſſet eſſe vel

esset, p aliquod totuz tẽpus: vel per instans solum: sed nul
lum eorum. igitur ꝛc. maior pz per sufficientẽ diuisionez.
minor declaratur qꝫ non per tempus. per conclusionem p̄
cedentem: nec per instans solum. per quartam suppositionẽ

Ad rões p̄me con clusiõis opionis opposite ¶ Secundum hanc opinionez respondetur ad rationes
probantes primam conclusionem alterius opinionis. Ad
primam dicetur. ꝙ cause sufficientes mixti temperati ad
iustitiam. s. hominis per naturam non possunt esse. Et ad
probationem dicitur ꝙ non est possibile elementa esse per
aliquod tempus totum sub dispositione optima: que reg
ritur pro esse hominis. Aut aliter si quelibet illarum cau
sarum posset per se esse nunquã omnes simul esse possent.

Ad 2m ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ non opz ꝙ si sit distẽperatuz.
ꝙ ẽt sit dare tẽperatũ. magna. n. est dñia. Et ad ꝓbationez
dr̃. ꝙ corpus tẽꝑatum in se: nec est prius: nec posterius di
stemperato: qꝛ per naturam nec est: nec põt ẽe: sed in imagi
natione forte possibile est esse. qꝛ intelꝉs intelligit ꝛ cogno
scit distẽꝑatum imaginando tꝑatum. vñ eadẽ rõne sic ꝓ
bareẗ. ꝙ esset dare mixtum tꝑatum ad pondus: qꝛ est da
re mixtũ distẽꝑatum ad pondus. ꝛ si Auicẽ. ꝛ alij medici
vñr sonare ɔ̃rium: qđ est dare mixtum tẽꝑatum ad iusti
tiã. dr̃ qꝛ ipsi voluũt dicere: ꝙ est dare mixtũ ꝓpinquũ tẽpe
ramento iustitie: sic ꝙ non sensibiliter ab isto tempamẽto
recedit. ꝛ hoc sufficit probitate sui dicti. qꝛ medicus de mo
dicis non curat. est. n. artifex sensitiuus. vt voluit Auic. p̄
cañ. ꝛ hoc de 5a ꝛ vltima parte scd̃i articuli.

Ad rões Ad rationes p̄ncipales. Ad p̄mã dr̃. ꝙ ista ma
xima. vbi est dare maius ꝛ minus:
ibi est dare equale: non est vera nisi in rebus eiusdez spẽi. ꝛ
ẽt in magnitudinibus ꝛ in numeris. ꝛ si in intensionibꝰ oz
habere veritatẽ: opz ꝙ intelligaẗ in eadẽ qualitate simpli
ci. vt vbi est dare caliditatẽ maiorẽ ꝛ minorem: ẽt põt dari
equalis: sed non opz ꝙ si in cõplexionibus sit dare lapsum
ad caliditatẽ siccitatẽ ꝛ leuitatem ꝛ alium lapsum minus
ad illas q̃litates: ꝛ magis ad oppositas: ꝙ sit dare lapsuz
ad oẽs equaliter: cuius causa est dicta in põne. qꝛ qñ ẽ eq̃li
tas in alteratiuis. est inequalitas in motiuis. ꝛ econuerso.

Ad 2m ¶ Ad scd̃m negaẗ ɔ̃ña. Ad ꝓbationem dr̃. ꝙ nõ oz ꝙ si
vnum oppositoꝝ sit in nã. ꝙ ẽt sit reliquũ nisi sint ɔ̃ria op
posita. ꝛ sic nõ est de tẽꝑato ꝛ intẽꝑato. imo sunt p̄uatiue
vel ɔ̃dictorie opposita. ¶ Ad hoc aũt ꝙ additur ꝙ natu
ra magis intendit tꝑatum q̃ intꝑatum dr̃ ꝓbabiliter pri
mo ꝙ nã nullo mõ intendit mixtum tꝑatum ad pondus:
qꝛ non est possibile: ꝛ nã nullum impossibile intendit. 2o di
citur. ꝙ nã intẽdit mixtum tꝑatum ad iustitiã quo ad ꝓ
pe verum tẽꝑamentum iustitie. non autez intendit ipsum
tꝑamẽtum iustitie per aliquod totuz tp̄s esse. qꝛ ẽt p nãm

Ad 3m non est possibile sm̃ vnam opinionem. ¶ Ad 3m dr̃: ꝙ sa
nitas aiaꝉ nõ ɔ̃sistit intẽꝑamẽto ad pondus: prout notũ
est. etiam dicaẗ ꝙ lz ꝑfectissima sanitas cõsisteret in tẽꝑa
to iustitie. sicut perfectissime esse calidum in habere sum
mã caliditatẽ: tñ sicut ad esse album sufficit habere albedi
nem. vltra medium latitudinis. qꝛ tale est sufficiens ad da
re esse album. ita ad esse sanum simplr̃ ꝛ perfecte: licet non
ꝑfectissime sufficit habere tꝑamentum sufficiens ad exer
cendum operationes debitas illi speciei animalis. mõ ad h̄
habere nõ requitur maximũ tꝑamẽtum iustitie: sufficit ta
men habere complexionem non nimis distantẽ ab isto tẽ

Ad 4m peramẽto. ¶ Ad quartuz dr̃. ꝙ signato mixto in quo est
excessus in qualitatibus: nunq̃ per intensionez ꝛ remissio
nem per nãm põt fieri tꝑamentuz. nã qñ erit adequatio in
q̃litatibus motiuis erit inequalitas in alteratiuis. ꝛ e𝔬̃. vt
prius dictum est: nec pñt p nãm q̃litates alteratiue ꝛ moti

Ad 5m ue ad equalitatem ponderis reduci. ¶ Ad qntum dr̃ ꝙ
admisso ꝙ sit mixtũ lapsum eq̃lr̃ ad frigidũ ꝛ humidũ: ꝙ
hñ põt p naturam fieri transitus forte equaliter ad calidũ
ꝛ siccũ: ꝛ ꝙ in medio trãsmutationis erit saltẽ p instans:
aut possibile eẽ ꝙ si interrũpaẗ transmutatio per tempus
equalitas ponderis in q̃litatibus alteratiuis: sed tunc erit
inequalitas in motiuis: ꝛ iõ non erit temperies ad pondꝰ.

¶ Ad 6m conceditur añs. ꝛ negaẗ ɔ̃ña. qꝛ de omnibꝰ mix Ad 6m
tis q̃ a nã leuiora sunt q̃ aqua: ꝛ grauiora q̃ aer: est ita ꝙ
quiescunt naturalr̃ in intermedio aeris ꝛ aque: sed nõ seq
tur ꝙ sit tempamentum in talibus. vt in oleo ligno stuppa
vel alijs hꝫ. Et ad ꝓbationẽ dr̃. ꝙ supposito pro nunc ꝙ
in talibus esset adequatio: in motiuis: non tamẽ sequitur ꝙ
esset in alteratiuis: similr̃ nõ est verũ. ꝙ tale mixtum hꝫ tm̃
de leuitãtibus: sicut de grauitãtibus: lz hñ hẽat tantum ꝙ
leuia nõ possunt ipsum trahere sursum vltra aquam nec
grauia deorsum infra aquã. imo ita eẽt de corpore: in quo
eẽnt tres gradꝰ grauitatis terre: ꝛ tres aq̃. duo ignis: ꝛ duo
aeris leuitatis. hoc. n. in ɔ̃tactu aeris q̃sceret: qꝛ gradꝰ gra
uitatis aque nõ traherẽt. qꝛ eẽnt in loco nãli: sed traherẽt
tres gradus grauitatis terre: q̃bus resistunt quatuor gra
dus leuitatis aeris ꝛ ignis. ꝛ ideo non descendit. ¶ Ad se Ad 7m
ptimum dicitur. ꝙ in maiori mundo eã non sunt simplr̃
adequata. imo cõtinue agũt inuicẽ ꝛ corrũpuntur alique
ptes ignis ab aere. ẽt generantur ab aere in alio situ noue
partes ignis ab alio igne. sed dicũẗ adequata: sic ꝙ nullũ
eorum superat aliud: intñ ꝙ ipsum in sui nãm põt ɔ̃uertẽ:
ꝛ aliter nõ. ¶ Ad octauũ dr̃. ꝙ ars nõ põt facẽ eq̃lr̃ mix Ad 8m
tum ex duobus q̃litatiue. nec hoc põt facẽ ex aq̃ ꝛ vino. lz
forte quãtitatiue eq̃lr̃ põt ea commiscẽ: de hoc nihil est ad
p̄ns. Rõ post oppositum est pro dictis ꝛc.

¶ Nobis aũt vlr̃: ꝛ prius dictum est de cau
sis. T. cõ. lv. Qõ. xvj.

Queritur decimosexto. Utruz gñatio p̄m
erit ꝑpetua. ꝛ arguiẗ ꝙ non T.c.56.
p pħm. 8. phy. vbi dicit. ꝙ nullus motus est ꝑ ꝛ.57.
petuus preter localẽ circularẽ. igiẗ ꝛc. ¶ Se 2m
cundo nulla gñatio est perpetua. igiẗ gñatio
nõ est ꝑpetua: ɔ̃ña tz. ꝛ añs pz inductiue. qꝛ nec gñatio ho 3m
minis: nec gñatio asini. ¶ 3o sic. nulla forma subalis edu
cta vel educẽda de poꝰ mãe ẽ ꝑpetua. ois gnõ ẽ for̃a suba
lis educta vł educẽda de poꝰ mãe. igiẗ ꝛc. maior pz. qꝛ ois T.c.120
talis ẽ corruptibilis. ꝛ p ɔ̃ñs õ necessitate corrũpiẗ. p̄ celi in
fine. minor appet. qꝛ gñatio forme nõ est aliud q̃ forma:
q̃ gñaẗ: ꝛ iõ opz ꝙ omnis gñatio forme sit educta vel po 4m
tentus educenda. ¶ Quarto. gñatio q̃nq̃ est: ꝛ quando
q̃ nõ est. ergo nõ est semꝑ. ɔ̃ña tz ex terminis. añs est pħi 2o T.c.52.
huius. c. 8. ɔ̃ platonẽ. ¶ 5o nullum ꝑpetuũ habz determi 5m
natum tẽpus: sed omnis generatio habet determinatum
tempus. igitur nulla generatio est perpetua. ɔ̃ña tz. ma T.c.117
ior nota est de se. ꝛ quarto physi. perpetua non sunt in tpe. T.c.57.
añs appet. per pħm 2o huius. c. vltimo. vbi voluit. ꝙ deter ꝛ.58.
minatum est tempus gñationis ꝛ corruptionis. ¶ 6o. nul 6m
lum habens contrarium est perpetuum: gñatio hꝫ cõtra
rium. igitur ꝛc. maior patz: qꝛ vnum ɔ̃riorum corrumpit
reliquum. minor patet. per pħm. 5. physi. vbi dicit. ꝙ gña T.c.8.
tio contrariatur corruptioni.

In oppositũ est pħs scd̃o huius. c. penul. T.c.55.
¶ In ista questione erũt, duo ar
ticu. In primo premittende sunt alique distinctiones. In
secundo iuxta illas ponende sunt respõsales conclusiones.
¶ Quantum ad p̄mum nota. ꝙ generatio põt accipi du p̄m nõm
pliciter. Uno modo p alteratione preuia ad introductio
nẽ forme subalis: alio modo ꝓ introductione forme suba
lis: ad quã illa alteratio ordinaẗ. ꝛ est dr̃ia inter istas muta
tiones. qꝛ mutatio p̄ma est successiua ꝓp intensionem gra
dualem qualitatis: sm̃ quem fit alteratio: gñatio aũt for
me subalis non est successiua ꝓpter indiuisibilitatem gra

dualem formeꝛimmo nisi esset extensio quantitatiua ma-
terie que non est eque disposita ad recipiendum formam
substantialem in parte distanti: sicut in parte propinqua
agenti: actio esset indiuisibilis. propter quod Commentatoꝛ
com. 32. 6. phi. dicit. ꝙ mutationes indiuisibiles sunt termini mu-
tationum diuisibilium. vt generatio substantialis est termi-
2ᵐ nōnᵐ nus alterationis preuie. ¶ Secunda distinctio est. ꝙ entia
in triplici differentia sunt. quedā sunt pure successiua. vt
motus localis ⁊ tempus. Alia sunt simpliciter permanen-
tia: vt anima ⁊ celum. Alia sunt media: puta que secūdū
partes aliquas fluunt: vt flumius ⁊ corpoꝛa animalium.
¶ Tertia distinctio. generatio potest dici perpetua dupli-
3ᵐ nōnᵐ citer. vno modo quod est semper ⁊ sine interruptione. alio
modo iproprie. q2 ante quodlibet tempus fuit: ⁊ post quod-
libet tempus erit: ⁊ est esse perpetuum intercise. ¶ Quar-
4ᵐ noᵐ to nota. ꝙ adhuc questio potest intelligi dupliciter. vno
mō. vtrū gñatio est ppetua. i. vtrū oi tpe qd fuit: fuit gene-
ratio. ⁊ oi tempore qd erit: erit gñatio. Alio mō. vtruz ge-
neratio fuit ab infinito tpe: ⁊ erit in infinitum tempus: sic
ꝙ nunq̄ habuit principium: nec habebit finem: ⁊ sic intē-
a.t.cō.1. vsq ad 15 du phs generationem esse perpetuā: ⁊ motū esse ppetuū.
¶ 5° nota. ꝙ iuxta istum vltimum sensum q̄stio pōt intel-
ligi quadrupliciter. Primo mō pꝛoprie ꝙ aliqua gñatio
5ᵐ nōnᵐ vna numero sit perpetua. 2° mō ꝙ nō ꝯtinue eadem nu-
mero. sed continue ⁊ ppetua sit gñatio eadem in ec̄. 3° mō
ꝙ non continue. sed intercise per partes temporis semper
duraret gñatio. ita ꝙ ante quodlibet tempꝰ fuisset ⁊ post
qdlibet tps erit gñatio aliq̄ eiusdē spēi: sicut nālr loquen-
do diceretur de eclipsi lune. 4° mō. ꝙ sic fuit gñatio ppe-
tue intercise. non tm̄ per partes temporis: sed per instantia
indiuisibilia. sic. s. ꝙ ab eterno fuit generatio in instanti ⁊
etiam erit. ¶ 6° nota. ꝙ ex dictis de ista questiōe pñt trahi
6ᵐ nōnᵐ multi sensus dubij. Primus. vtrū gñatio fm quid sic esset
motus localis esset eterna. Scd̄s. vtrū gñatio sbalis sim-
pliciter dicta esset perpetua. Tertius. vtrum ppetua sit ge-
neratio sbalis mixti. Quartus. vtrum perpetue in eadē
spē spālissima sit generatio indiuiduorum illius speciei.
¶ 7° nota. ꝙ simpliciter nihil nisi deus gloriosus est eter-
7ᵐ nōnᵐ num ⁊ perpetuum. q2 oia p eum sunt temporaliter ⁊ in tē-
pore producta. ⁊ ideo ad oēs dubitationes motas fm veri-
tatem fidei respondēdum est negatiue. Sed questio forte
q̄rit qd sit dicēdū naliter loquendo excluso lumine fidei. ⁊ ideo
conclusiones quas postponam sic volo intelligi pure na-
turaliter loquendo. Et hoc de primo.

Quantū ad scd̄m sit pma conclo. nulla gñatio siue
simpliciter loquēdo: siue fm quid dicta ē
ppetua. pbat sic. nullum tps est eternum. igit gñatio. nō
est eterna. ꝯña tz. q2 ex opposito sequitur oppositum: vt se-
quitur. aliq̄ gñatio est eterna. igitur aliq̄ gñatio est in tem-
pore eterno. ⁊ pz ꝯña. q2 oē qd est: ⁊ spālr omnis motus q
est: est in tpe. etiam q2 hoc verbū est: consignificat tps pñs
igitur seqtur. gñatio est perpetua. igitur gñatio est in tem-
pore pñti perpetuo. ⁊ manifestuz est ꝙ in tpe finito perpe-
tua. igitur sequitur de pmo ad vltimum. gñatio est perpe-
tua siue eternaliter. igitur est in tpe ppetuo eterna. igit tps
est perpetuum. tz ꝯña. ⁊ añs pz. q2 oē tps dz esse numerus
motus. modo eternum non est natum numerare motum
nec mensurare. quia eius quantitas neq3 nobis ē nota.
¶ 2ᵃ ꝯ est. ppetua est sine interruptione gñatio motus: na-
2ᵃ ꝯ. turaliter loquendo. probatur sic. oi tempore dato vel dabi-
li est gñatio motus sine interruptiōe. igitur ꝯ vera. añs pz.
q2 vno anno est gñatio motꝰ. s. vnius anni: ⁊ tpe. x. anno-
rū est gñatio. s. motus durantis p. x. annos. ⁊ sic de singu-
lis aliq̄s temporibus. igitur conclusio secūda vera. ¶ Cor-
Correᵐ relarium. perpetue sine interruptiōe est gñatio fm qd. Et
hoc de primo dubio. ¶ Quantum ad secundum dubiū.

sit tertia conclusio hec perpetuo potest esse aliqua gñatio 3ᵃ cōclo.
sbalis elementi. pz. q2 si sine interruptione longa appone-
retur oleum in lampade: ⁊ ignis: quod est possibile. perpe-
tue generaretur ibidem ignis. ¶ Quarta cōclusio. perpe- 4ᵃ cōclo
tuo est generatio substantialis elementi. apparet. q2 perpe-
tuo est sub polis generatio aque ex aere: quoniam quan-
doq3 est. ⁊ non est potior ratio de vno tempore q̄3 de alio.
igitur perpetua est. Et ex alio: q2 ꝯtinue propter dominiū
frigiditatis obtinet ibi aqua super aerem. igitur continue
generatur ibi aqua proportionabiliter perpetue sub equi-
noctiali est generatio aeris. igitur conclusio vera. ¶ Quin- 5ᵃ cōclo.
ta conclusio. quantumcunq3 in duratione est motus loca-
lis. tanta est aliqua vna generatio substantialis. probatur
q2 si motus localis capitur vnius diei potest capi genera-
tio aeris sub polis vnius diei. ⁊ si capitur motus localis
vnius anni. ⁊ si cētum annorum similiter potest capi gene-
ratio aque ex aere ex conclusione precedente. vnde patet.
ꝙ conclusio vera est. ⁊ hoc de secundo sensu dubij questio-
nis. ¶ Quantum ad tertium sensum sit sexta conclusio. 6ᵃ cōclo.
probabile est dicere perpetuo esse generationem mixti. pro-
batur sic. perpetuo est generatio lapidis vel metalli infra
terram. igitur conclusio vera. consequētia tenet. ⁊ antece-
dēs probatur. q2 hodie est: heri fuit: ⁊ cras erit. ⁊ sic de sin-
gulis tpibus. igitur ⁊c̄. consequentia tz per inductionem.
añs pz. q2 nō videtur de quo tempore esset instantia. eo ꝙ 2ᵐ
non est maioꝛ ratio de vno: q̄3 de alio. Secūdo. q2 ppetuo
est gñatio partis animalis. igitur ⁊c̄. cōsequētia tz. q2 om-
nis gñatio partis animalis est gñatio mixti. añs patz. q2
perpetuo est animal. ergo perpetua est nutritio animalis. cō-
sequētia tz p philosophum pᵐ hꝰ. q2 viuum quādiu est nu- T. c. 41
tritur. ⁊ vltra. igitur perpetue est gñatio partis animalis.
cōsequētia tz. q2 nutritio fieri non potest nisi per restaura-
tionem partis animalis. añs est notum naturaliter loquē-
do. opz enim semper esse animalia perfecta. ¶ Corrrelariū pᵐ corrᵐ
perpetua est vna generatio mixti. Sequitur. q2 omnis ge-
neratio est vna generatio. ¶ Correlarium scd̄m. ppetuo ē 2ᵐ corrᵐ
vna generatio vnius mixti. seqtur p idem: q2 perpetue est
gñatio mixti. mō ois gñatio mixti est gñatio vnius mixti.
Sed si queratur. vtrum aliqua generatione mixti demō-
strata verum sit dicere ꝙ perpetuo sit gñatio huius mixti.
Dico ꝙ nō. q2 non credo ꝙ aliquod eēt vel posset eē vnū
mixtum. cuius gñatio omni tēpore duraret. ¶ Tertium 3ᵐ corrᵐ
correlariū. perpetuo est gñatio corporis animati sensitiui
sequitur ex probatione sexte ꝯnis. q2 perpetue est nutritio
asini: ⁊ deducitur sicut in conclusione. ¶ 4ᵐ correlarium 4ᵐ corrᵐ
perpetuo est gñatio mixti perfecti. sequitur ex precedenti.
q2 generatio corporis animati sensitiui est generatio mix-
ti pfecti. ⁊ hoc de tertio sensu q̄stionis ppofite. ¶ Quan-
tum ad quartum sensum q̄stionis supponit. ꝙ omnes p-
tes integrales sint eiusdem spēi spālissime essentialis. illō
fuit prius pbatū: quo premisso sit alia cōclusio hec. signa- 7ᵃ cōclo.
ta spē spālissima essentiali asini que sit. a. perpetuo: ⁊ sine in-
terruptione est gñatio indiuidui speciei specialissime. pro-
batur sic. perpetuo est gñatio alicuius partis asini: sed q̄li-
bet pars asini ē de spē spālissima. a. igitur ppetuo est gña-
tio indiuiduorum. a. ꝯña tz. antecedēs p pma parte pz. p
pbationem scd̄am ꝯnis sexte. q2 ppetuo est asinus: igitur
perpetuo nutritur asinus. igitur perpetuo gñatur aliqua
pars asini. omnes ꝯñe sunt bone nālr. ⁊ añs nālr loquēdo
est verum. q2 si semel non esset asinus mundus nunquam
posset habere asinum: seu spēm asini. eo ꝙ nequit per pu-
trefactionē fieri: nec fieret tunc p propagationē. eo ꝙ nul-
lus asinus eēt. imo nūq̄3 asinus esset. igitur. ꝯña verum. s.
ꝙ perpetuo est gñatio asini. ⁊ secunda pars apparet. q2. a.
est eiusdem speciei specialissime cū toto asino pter pedem:
q2 si abscinderetur ab asino pes adhuc maneret eadem spēs

specialissima. qꝛ maneret idem indiuiduum. modo quodli-
bet pars asini est eiusdẽ speciei cum parte asini sequestra-
ta: puta cum pede per suppositionem premissam. igiť que
8ª cõclo. libet pars asini est eiusdem speciei specialissime. a. ¶ 8ª con
clusio. non perpetuo sine interruptione est generatio asini
totalis. ista conclusio apparet: qꝛ non semper generať asi-
nus totalis: qꝛ vno tempore generatur: ⁊ alio tempore nõ
alias enim nimis multiplicarẽtur asini. voco autem tota-
lem asinum illud quod est asinus: ⁊ non est pars alterius
Cõtra asini. ¶ Contra. hec conclusio contradicit precedenti. qꝛ
precedens dicit ꝙ sine interruptione perpetua est genera-
tio indiuiduorum speciei. a. sed quodlibet indiuiduum est
totalis asinus. igitur perpetuo est generatio asini totalis.
consequentia tꝫ. antecedẽs pro prima parte est precedẽs ꝯ.
⁊ pro scõa pte est manifestum. qꝛ spẽs. a. ⁊ iste termin⁹ asi-
nus ꝯuertunť. qꝛ est spẽs spãlissima essentialis asinorũ. sicꝫ
ammodo quodlibet indiuiduũ spẽi asini est asin⁹ totalis.
Nõ. n. dr̃. pes asini est asinus. igitur. quodlibet indiuiduũ
R̃ spẽi. a. est asinus totalis. ¶ Hic rñdeť faciliter ꝑut vulga
res vtuntur hoc termino asinus. s. ꝑut ipse cõnotat totali
tatem: ⁊ pars asini non est asinus. iste terminus asin⁹ non
est spẽs spãlissima essentialis asinoꝝ: imo asinus totalis ⁊
quelibet eius pars integralis est eiusdem spẽi specialissime
essentialis. ⁊ iõ quãuis ps asini nõ sit asinus. manifestũ est.
ꝙ iste terminus asinus prout connotat totalitatem nõ est
spẽs spãlissima essentialis ad asinum seu ad rem q̃ est asi-
nus ꝑ hoc pꝫ qd sit dñm ad rõnem: qꝛ negatur ꝙ ꝯ repu-
gnet precedẽti. qꝛ iste terminus asinus nõ ꝯuertiť cũ. a. nec
est spẽs essentialis: nec est de predicamẽto subẽ. sic accept⁹.
sed magis est species totius. qꝛ sic hec predicatio bene esset
essentialis. asinus est totum. ꝓportionabiliter dicať de ge
neratione indiuiduoꝝ de aliqᷓ spẽbus ꝑfectorũ mixtoꝝ.
9ª cõclo. ¶ Nona ꝯ. intercise ab eterno fuit generatio asini totalis
pꝫ. qꝛ nãlr loquendo non est ꝑcise deuenire ad p͞m. nec etiã
ad vltimũ. ꝗ añ quãlibet gñationẽ totalis asini fuit alia ⁊
post quãlibet gñationem erit alia. igitur ab eterno fuit in
tercise: ⁊ hoc de scõo articulo.

Ad p͞m. Ad rationes ꝑncipales. Ad primam dr̃ ꝙ ꝑ ꝑ
ꝑma cõclone. ⁊ ꝑ dictis ꝙ nulla
gñatio sit ꝑpetua. ⁊ iõ ꝯcediť ꝙ nullus motus seu ẽt mu-
Dubiũ tatio alia a gñatione motus est ꝑpetua. Sed si dicať cum
dictum sit ꝙ perpetuo est vna generatio continue aeris vł
aque vel perpetuo est generatio motus: ⁊ sic perpetuo est
motus circularis. quare Ar. negat generationem eẽ ꝑpe
R̃⁹ tuam. ⁊ tamen concedit motum esse perpetuũ. ¶ Respon
detur ꝙ solum perpetuo est motus localis circularis vn⁹
propriissime. s. vocando motum vnum illum qui est ab eo
dem motore: ⁊ eiusdem mobilis non essentialiter variatis
suis partibus existentis. hoc aliud in actu. sic enim perpe-
tuo non est generatio. quia adhuc aliquid cuius est gene-
ratio continue variatur in suis partibus per nouam gene
rationem: ⁊ per priora in partium corruptiones: sed quod
dictum est perpetuo esse vnaꝫ generationem. intelligiť vo-
cando generationem vnam large per illam que est vnius
8. physi. generatio per continuam successionem partium adinuicẽ
57. ⁊. 57 ⁊ de hoc non loquitur philosophus. ¶ Ad secundum di
Ad 2͞m citur ꝙ est pro prima conclusione. ¶ Ad tertium dicitur
Ad. 3͞m ꝙ forma aeris totalis est perpetua vna numero per conti-
nuam successionem partium suaruꝫ in simili situ figure
sine magna variatione in ordine ad totum. ¶ Similiter
perpetuo est generatio forme aeris inter tropicos per conti
Ad 4͞m nuam successionem. ¶ Ad quartum conceditur ꝙ gene
ratio non est perpetua: ⁊ ꝙ aliqua generatio quandoqꝫ ẽ.
⁊ quandoqꝫ non est. ⁊ cum hoc tamen stat ꝙ perpetua ẽ
T. c. 25. generatio. philosophus autem contra Platonem 2ª hui⁹
voluit ꝙ non semp est generatio totalis asini vel equi. qõ

tamen sm̃ Platonem esse deberet. qꝛ semper erãt ydee po-
tentes generare: ⁊ semper erat materia potẽs percipere na-
turam ydearum. quare igitur non continue fiebat genera
tio totalis asini. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ philosophus Ad 5͞m
secundo huius. d. ꝙ tempus est determinatum generatio T. c. 57.
nis ⁊ corruptionis non voluit aliud nisi ꝙ generationis ⁊. 58.
mixti perfecti tempus est determinatuꝫ: similiter ⁊ corru-
ptionis. de generatione autem ⁊ corruptione elementorũ
non loquitur. ⁊ ideo non est contra dicta. ¶ Ad sextum Ad 6͞m
dicitur ꝙ nullum habens contrarium est perpetuuꝫ: si sit
idem numero propriissime aut proprie. s. sic. ꝙ nec in se to
to: nec in parte eius principali essentialiter varietur. Sed
nihil ꝓhibet naturaliter loquendo perpetuo aliquid ha-
bens contrarium esse idem in numero. s. per continuã suc
cessionem suarum partiuꝫ. sic enim est aer perpetuus ⁊ de
multis aliĩs. Utrum autem generatio sit contraria corru-
ptioni: non est ad presens negocium declarare. Ratio post
op͞m est pro conclusionibus positis in scõo arti.

## ¶ Et in eq̃li tpe generatio ⁊ corruptio que sm̃ naturam. T. c. lviij. Qõ. xvij.

Queritur decimoseptimo. Utrum qõ-
libet ens corruptibile habe-
at determinatum periodum sue durationis. ⁊
arguitur primo ꝙ non. quia lumẽ solis mul- p͞m
plicatum in spera sua est corruptibile. ⁊ tamẽ
non habet determinatum periodum. igitur ⁊c̃. antecedẽs
pro prima parte declaratur. quia illud lumen est eiusdem
speciei cum lumine solis multiplicato in spera aeris vel lu
ne: quod est corruptibile. igitur ipsum est corruptibile. ꝑ
secunda parte patet. quia tale lumen est perpetuum ⁊ per-
petuo tempore. ¶ Secundo. ignis in sua spera existens ẽ 2͞m
corruptibile. ⁊ non habet determinatũ periodũ ⁊c̃. igiť ⁊c̃.
maior nota est. quia ignis iste cũ quolibet alio igne est eius
dem speciei specialissime. igitur est corruptibilis. minor pꝫ
quia talis ignis quãtũcunqꝫ ipse duret adhuc diutius po
test durare: eo ꝙ nõ corrumpetur nisi approximetur suis
contrariĩs. ⁊ nullo determinato tempore est necesse ipsum
descendere ad sua contraria. ¶ Tertio. si sic. tunc vita hu 3͞m
mana non posset prolongari. consequens est contra medi
cos. ⁊ consequentia tenet. quia dato certo periodo illam
hominis vita per nullam actionem medicine posset exce-
dere. ¶ Quarto. si viuum haberet talem periodũ: seque 4͞m
retur ꝙ esset dare maximum tempus. per quod viuum
posset durare. consequentia tenet. quia per illum periodũ.
falsitas consequentis apparet. qꝛ tunc esset dare vltimum
rei permanentis in esse. puta in vltima illius periodi esset
viuum ⁊ non vltra. Secundo quantocũqꝫ tempore viuũ
diu durat adhuc diutius potest durare. quia in instãti ter-
minante illud tempus potentia eius conseruans ipsum in
vita est maior q̃ꝫ corrumpentia sunt in corrumpẽdo. ideo
non subito corrumperet eius vitam. ¶ Quinto sic. tunc 5͞m
aliqua potentia requiritur ad durandũ. consequentia bo-
na: ⁊ antecedens est falsum. igitur nõ quilibet habet deter
minatum periodum. consequentia tenet. ⁊ antecedens ꝓ
prima parte patet. qꝛ periodus aliquorum est minor. ⁊ ali-
quorum maior. quod non esset nisi habentia maiorem pe-
riodum haberent maiorẽ potẽtiã durandi. ⁊ per ꝯñs aliq̃
potentia requiritur ad durandum. ꝙ autem consequens
sit falsum. apparet. qꝛ materia prima ⁊ celuꝫ esset infinite
potentie. quod falsum est. ⁊ tenet consequentia. qꝛ infinito
tempore durant. ¶ Sexto. vita hominis potest perpetua 6͞m
ri. igiť ⁊c̃. ꝯñia tenet. qꝛ perpetua non mensurantur cer-
to periodo. antecedens apparet. quia possibile est cõtinue
ꝑ artem medicine ipsum humidum radicale intrĩ resti-
rare. sicut per actionẽ caloris consumitur. igitur possibile

est vitam hominis ppetuari.pña tenet.qz non deficit vita
nāliter i homine nisi p desiccationē humidi radicalis.añs
apparet.qa non vř pp qd bonus medicus sciens cōplōnes
hois ꝛ nocumenta.q sibi p influxum astroꝝ psit cōtinge
re pōt cōtinue ipsiuȝ pseruare:ꝛ pvirtutes humectatiuas
ipsum humidū radicale tm̄ restaurare q̄tum ꝯsumit per
Confirmatur calorem nālem ℂ Et cōfirmat.qz hō pōt in se pducē eq̄
puꝝ humidū:sicut erat humidū ex q̄ ipse gñabat.igit pt
humidū radicale sufficienter restaurare ad hoc q semper
viuat.ꝯña tenet:qz si ignis i lāpade ꝯtinue arderet eque
puꝝ oleū vř q ignis ppetuaret.añs appet.qz humidū ra
dicale est genitum a parētibus:a quo gñat puer:modo be
ne stat puerū esse bone cōplōnis:sicut erant pentes ei⁹ igi
tur poterant eque puꝝ humidū gñare:sicut illi generatue
7ᵐ runt.ꝛ habetur ppositum.ℂ 7° seqtur q illud diuti⁹ dȝ
durare in q̄ cōtraria essent magis adequata:hec ꝯña ē bo
na.ꝛ ꝯñs est falsum.igit corruptibile non habet sic deter
minatū periodum.ꝯña tȝ.ꝛ añs apparet p pma parte.q
ꝯña sit bona.pȝ:qz corruptio fit a ꝯ̄rio:igitur diutius du
raret in quo contraria essent magis adequata.falsitas cō
sequentis pȝ:qa magis durat lapis:q̄ȝ hō.ꝛ tn̄ in hoie sunt
contraria magis adequata.igitur ꝛc̄.

T.c.57. **In oppositū** est philosophus scđo huius.d.q oium vita ꝛ cuiuslibet corruptibi
T.c.41 lis certa determinat periodo.ꝛ.2° de aīa dicit.q omnis nā
constantium certus est terminus sue magnitudinis ꝛ par
uitatis.Constat autēȝ q esse ꝛ similr duratio rei corrupti
bilis sunt existentia a natura.

**In ista** questione erunt duo articuli.In primo vidē dum est de causa durationis entium.In secū
do respondendum est ad quesitum.

pᵐ nōnᵐ **Quantum** ad pmū nota.q periodus dř tps dura tionis rei.p qđ.vȝ.vel vsq ad ei⁹ termi
num res pōt durare:ꝛ respectu eius corruptibilitatis 8 tē
pus determinatur p certas reuolutiones celi.ꝛ ideo perio
dus dř a peri qđ est circum ꝛ odos volutio.quasi circūuo
lutio.i.tps circūuolutionis celi p qđ res corruptibilis pōt
2ᵐ nōnᵐ durare.ℂ Scđo nō.q duplicia sūt entia corruptibilia.s.
entia q̄dā sunt simplicia:q̄dā mixta.exēplum pmi.vt ele.
3ᵐ nōnᵐ exēplū scđi.vt asinus ꝛc̄.ℂ 3° nota.q composita sunt du
plicia.q̄dam homogenea:q̄daȝ eterogenea:homogeneū
dř cuius q̄libet pars capit denoīationem totius ppinquā:
vt caro.eterogenea dr̄.quoꝝ non quelibet pars capit de
nominationē totius propinquaȝ:vt manus vel pes.ℂ 4°
4ᵐ nōᵐ nota.q homogeneorum quedam sunt vniformia in qua
litatibus sicut ignis purus. Alia difformia · sicut ignis
p vno latere nālr dispositus:ꝛ p alio non.vel sicut est spe
5ᵐ nōnᵐ ra aeris in se.ℂ Quinto notandum.q quodlibet ens di
com.81. ligit se permanere.apparet per Commentatorem primo
physico.ꝛ probatur ratione.qa quodlibet ens resistit cor
rumpenti ipsum:hoc autem non faceret nisi suā permanē
tiam diligeret.etiam vnicuiqȝ rei optimū est quantū est de
sui natura permanere.qz appetitus nālis dirigit in oᵐ:q̄re
manifestū est q oē ens se pmanere appetit.

pᵐ ꝯ. **His premissis** sit prima conclusio hec:omnis corruptio subē fit a ꝯ̄rio.pbat
omnis corruptio subē fit p alterationem disconuenientem
rei q̄ corrumpit.igit a ꝯ̄rio.ꝯña tȝ.qa alterans rem corru
ptiue ꝯ̄riū dř illi rei.añs pȝ.qa corruptio vnius subē nō fit
T.c.17. sine gñatiōe alterius.vt dcm̄ est in p hui⁹:mō alia suba ne
quit generari nisi per alterationem preuiā disponentē ma
T.c.26. teriam ad eius generationē.p pħm 2° de aīa dicentē.act⁹
actiuoꝝ sunt in patiente disposito.igit.añs est verum.ꝛ in
telligo conclusionem.q corruptio subē in q̄tū corruptio
fit a contrario.i.suba non corrumpitur nisi a ꝯ̄rio corrum
patur.Iterum non intelligo q substantia corrumpatur a

suo ꝯ̄rio formaliter.sed q corrūpitur a contrario actuali
ter vel virtualiter qualitatibus reqsitis ad eius conserua
tionem.ꝛ erit sensus explicitus ꝛ verus conclusionis ꝛ sic
q̄cūqȝ aliq̄ suba corrūpit:corrumpit a ꝯ̄rio actualiter vl
virtualiter q̄litatibus reqsitis ad sui conseruationem. Et
dicit notabiliter corruptio subē.qa accidentia frequenter
corrumpunt non a cōtrario.sed a defectu conseruatiuo:vt
lumen in medio pp absentiam lucidi.scia in aīa intellecti
ua pp inaduertentiam intellectus.Et si petat an substan
tia corrūpi pōt pp solum defectum conseruantis dř q nō
p nām:imo opȝ q fiat alteratio ad illam formā:sed p sup
naturā forte bene posset.ℂ Primum correlarium:si aliq pᵐ corᵐ
suba nō haberet ꝯ̄rium ipsa non esset corruptibilis.patȝ ex
cōclōne.ℂ 2ᵐ.ad hoc q non hñs ꝯ̄rium longo tpe duret 2ᵐ corᵐ
nulla virtus reqritur in eo ad durationē.pȝ.qz nihil agit
ad eius corruptionem.ꝛ ideo sufficit solum presentia con
seruantis ipsum.igitur ꝛc̄.ℂ 3ᵐ.maiori tpe durare nō ar 3ᵐ corᵐ
guit maiorem virtutē.pȝ in non hñtibus contrariū nulla
virtus requiritur ad durationē.ℂ 4°.quanto aliquid mi 4ᵐ corᵐ
nus habet de ꝯ̄rio ceteris paribus:tanto est maioris dura
tionis.pȝ ex ꝯ̄ne.ℂ 2° ꝯ̄.nihil alterat seipsum corruptiue p 2° ꝯ̄.
seu de per se.pȝ.primo de simplicibus.qa talia non compo
nuntur ex contrarijs.pȝ etiam de mixtis.qz in illis ps alte
rat partem.sed non alterat ps totū p.nec totum alterat to
tum de per se ꝛ corruptiue.ℂ Scđo q̄libet ens diligit se 2ᵐ
permanere.ꝯ̄ nihil alterat seipsum corruptiue primo:seu p phi.8.
de per se.tȝ ꝯña qz illud quod se corruptiueō per se altera
ret:hoc de per se ageret ad corruptionē sui:ꝛ vt ipsum nō
esset.ꝛ per ꝯñs non diligeret se permanere:vel simul dilige
ret opposita.añs est vltimuȝ notabile. Et dř notanter cor
ruptiue ꝛ nō perfectiue.qz perfectiue aliquid alterat seipȝ
bene:ꝛ de per se:ꝛ rōne totius.vt aqua calefacta remoto ca
lefaciente fm se totam alterat se totam reducendo ad fri
giditatē.Dicitur etiā notāter p seu rōne totius.qz de p ac
cidens:ꝛ rōne ptis aliquid bene alterat seipsum corrupti
ue.vt cor q̄nqȝ nimis calefacit cerebrum.etiā calor nālis ō
per accidens agit ad sui corruptionē:ꝛ hoc per modū seq̄
le.qz de per se agit ad desiccationem humidi q̄ desiccato
deficit ipsemet calor.ℂ Corᵐ.forma subālis embriōis nō Correᵐ
agit de per se ad generationem aīalis.pȝ.qz tunc per se age
ret ad sui corruptionē.eo q ad generationē forme aīalis se
quitur corruptio embrionis.Si igitur petatur quid effe
ctiue disponat mām p aīalis generatione.dř fm pħm:q
solum semen matris intrat subām fetus:ꝛ semen patris di
sponit illud sicut agens.ꝛ sic disponens esset semen patris:
vel virtus ista a patre infusa:ꝛ dispositum esset semen ma
tris.ꝛ sic forma subālis seminis ex quo gñatur aīal non
agit ad generationē aīalis.Sed si vellemus dicere semina
duo intrare substātiā fetus:sicut volunt medici.dicit q a
patre est virtus infusa semini patris aduentitia ipsi substā
tie seminis:ꝛ ista disponit ad generationem aīalis:ꝛ non
forma subālis seminis.hec aūt virtus infusa conseruatur
a forma substātiali mřis in mřice ne corrumpatur.ℂ 3° 3° ꝯ̄.
cōclo.corruptibile bene agit de per accñs ad sui corruptio
nem seu rōne partis.ista patent de eterogeneis vbi vna ps
alterat aliam:ꝛ de calore nāli.q desiccando humidum ra
dicale de per accidens agit ad sui corruptionem.quia defi
ciente humido deficit ꝛ ipse.ℂ 4° cōclo.nullum simplex 4° ꝯ̄.
vel ēt mixtum vere homogeneū naturaliter dispositū hȝ
in se principium sue corruptionis actm̄.pȝ.qz omnis corru
ptio in substantijs fit a contrario.vt dicit prima conclusio
modo tale non habet in se contrarium.igit ꝛc̄.

**Notanter** dicitur nāliter.qz si aer esset nimis frigi dus in vna parte:ista frigiditas posset
esse principium corruptiuuȝ aeris in alia pte infrigidādo
istā ptem.Dř.n.homogeneum vere.qz multa mixta voca

tur homogeneum: eo q eius quelibet pars ligealis est li-
gnum: et tamen non est vere homogeneum: eo q ad ignem positum
vna pars conuertit in flammam et alia in cineres: q non fa-
ceret si homogeneum verum esset. voco autem homogeneum
verum: cuius quelibet pars capit denominationem totius
et est vniforme per totum in omnibus qualitatibus suis pri
mis. Ex quo patet conuenientia inter elementa et mixta: que non
sunt vere homogenea. conueniunt. n. primo. quia vtrumque eorum habet
in se principium effectiuum sue alterationis sibi conuenientis cum fue
rit indispositum: vt aqua calefacta reducit se ad frigidita-
tem: et equus supcalefactus ad temperamentum remotis impe
dimentis. Secundo conueniunt: quia nullum eorum per se disponit ad
corruptionem: vt dicit 2° de. Sed differunt: quia mixtum non
vere homogeneum ratione partium disponit se ad corruptionem
Com. p. de per accidens. simplex autem non: quia vere est homogeneum: cum sit
naturaliter dispositum: et hoc voluit commentator. 2° phys. c. d. q mix-
tum habet in se principium sue corruptionis: et non simplex et intelligi
1^m cor^m tur de mixto non vere homogeneo. Correlarium primum.
simplex non potest corrumpi nisi vno modo. s. ab extrinseco:
mixtum duobus modis. scilicet ab intrinseco et ab extrinseco.
2^m cor^m Secundum cor^m q ceteris paribus simplex diutius durat
quam mixtum: quia mixtum vbicunque ponitur disponitur ad corruptio-
nem tam ab intrinseco quam ab extrinseco. simplex autem solum ab
extrinseco. modo ceteris paribus duo citius corrumpent quam
3^m cor^m vnum solum. Tertium correlarium quanto aliqua sunt magis ho-
mogenea tanto sunt maioris durationis ceteris paribus: quia
est equalis dispositio ad corruptionem ab extrinseco et in magis ho
mogeneo est minor ab intrinseco propter minorem contrarietatem partium
dubium inter se: propter quod etiam metalla sunt longe durationis. Sed
diceret aliquis. que sunt cause longe durationis in generali: dico q
sunt he sex. Primo homogeneitas in partibus: sicut patet ex di
ctis. Secunda causa similitudo medij continentis: quia hoc minus
disponit rem ad corruptionem: ideo homines communiter diutius vi
uunt in patria sua naturali quam in alia: quia est eis similior illa quam alia.
Tertia causa bona et perfecta commixtio calidi cum humido:
quia talis perfecta mixtio facit magnam homogeneitatem: et ex
consequenti difficulter potest separare humiditatis partes a calidis et
econtra: et ex hoc res durat diutius. Unde sic dicit albertus ma-
gnus esse de columna existente de ere et de auro in fine tertij me
theororum. propter. n. bonam commixtionem in complexione radicali
difficillimum est aurum ab ea remouere: propter quod longissime
durat: licet in accidentali complexione. s. calido et frigido actua
libus faciliter varietur. Quarta causa difficultas diuisionis et for-
titudo resistentie: diuisa. n. diutius corrumpuntur primo huius. c.
T. c. 78. vltimo. fortitudo enim resistentie preseruat a corruptione. Quin
ta causa est latitudo magna complexionis sub qua indiuiduum
talis speciei potest durare in qualitatibus primis. hec. n. causa deficien-
te non est homo longe vite: licet satis fortis resistentie sit et tempera-
te mixtionis: quia latitudo sub qua homo potest manere non est multum ma
gna: sed sic lapides et metalla sunt longe durationis: quoniam ha
bent complexionem latam. Sexta causa est specialis in viuentibus bona
proportio calidi cum humido aereo et econuerso. Si. n. alterum
illorum excederet conuenientem proportionem esset animal illud bre-
uis vite: sicut habetur in de longitudine et breuitate vite. Et
secundum combinationem harum sex causarum et aliarum: si sint alie: et secundum pro
portionem earum adinuicem debet comparari vita entium in longitu
dine et breuitate vite: non. n. ex vno istorum debet concludi aliquid
esse longe vite: quia forte deficit in alio: vt non sequitur esse longioris
vite hominem: quia habet humidum et calidum debite proportio-
nis magis quam alia animalia: quia defectus est in paruitate
periodi sub qua potest manere homo: et cum hoc in nimia ethe-
rogeneitate corporis humani. Similiter non oportet si in duo-
bus sint de his causis eque multe: q propter hoc sit equa-
lis durationis: nisi cum hoc essent eque fortes: nec oportet si vnum
habeat plures causas quam aliud: ipsum esse plus longeuum:
quia forte vna sola causa in alio propter sui fortitudinem

plus valet quam duo vel tres in isto: eo q sunt debiliores. Ex
quibus dictis possunt inferri aliqua correlaria huic pro-
posito pertinentia. Primum. cum omnis corruptio in 1^m cor^m
substantijs fiat a contrarijs: si aliqua substantia esset: cui
nihil esset contrarium nec intrinsece nec extrinsece: nec actu-
aliter nec virtualiter: illa nunquam corrumperetur. patet de
se. quia deficiente causa corruptionis deficit corruptio.
Secundum correlarium: non esset inconueniens durationem 2^m cor^m
nem alicuius prolongari in solute propter specialem preseruationem
a contrario extrinseco. patet de se. quia si alteratio ab intrinse-
co impediretur: non esset dubium viuum notabiliter plus
durare. modo non esset inconueniens aliquem habere vir-
tutem impediendi huiusmodi alterationem vel saltem fa-
ciendi eam minorem. Tertio infertur q non sequitur. 3^m cor^m
homo diutius durat. ergo est maioris virtutis: quia forte
non sunt cetera paria. puta corrumpentia ab extrinseco ap
plicata. Quarto infertur q in sole luna vel celo lon- 4^m cor^m
gius permanere non arguit aliquam virtutem in eis ma-
nere. patet. quia non indigent virtute adiuuante nisi con
seruante: cum non habeant contrarium: vt patet. ex conclu
sione prima. Quinto. non oportet q si corruptibile sit in 5^m cor^m
continente contrario q debilitetur. patet. quia forte plus
sufficit resistere et se confortare quam contraria debilitare vi-
ua tempore augmentationis. Sexto impossibile est cor 6^m cor^m
ruptibile semper esse fortius per naturam in resistendo quam
sua contraria in agendo. patet. quia perpetuaretur: quod
non est possibile. Septimum. licet corruptibile quod diu ma- 7^m cor^m
net non est semper fortius in agendo quam sua contraria: ta-
men quod diu manet fortius est se conseruare quam in sua contra-
ria ipsum destruere. patet. quia aliter ipsum non conseruare-
tur. cuius contrarium supponitur. et patet consequentia. quia
contraria eius nituntur ad eius destructionem inquantum
possunt. Et hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum de his tribus per ordinem
dicendum est. Primo vtrum vita hu-
mana potest perpetuari aut prolongari. Secundo vtrum que
libet substantia corruptibilis habeat determinatum perio-
dum sue durationis. et 3° de accidentibus.

Quantum ad primum nota q preter complexio- 1^m no^m
nem temperatam ad iustitiam homini
conuenientem: de qua superius dictum est: sunt alie quatu
or complexiones lapse a temperamento. sanguinea colerica
melancolica et flegmatica. quarum prima est lapsa vltra
temperamentum ad caliditatem et humiditatem. secunda
ad caliditatem et siccitatem. tertia ad siccitatem et frigidi
tatem. quarta ad frigiditatem et humiditatem. Unde prima
vocata est aerea. secunda ignea: 3ª terrea. quarta aquatica
propter conuenientiam quam quelibet illarum habet cum elemento a quo
denominatur. Et ista suppositio est manifesta ex medicina.
et satis patet per Auicennam de complexionibus: quapropter
in ista scientia ad presens supponitur. patet etiam ratione.
nam cum temperamentum iustitie complexionis huma-
ne stet secundum harum qualitatum optimam combinationem
pro salute vite humane: vt superius est dictum: et est manife-
stum q ab ista optima proportione harum qualitatum potest
esse lapsus vel ad qualitates igneas: vt in colerico: vel ad
aereas: vt in sanguineo: vel ad aqueas: vel ad terreas: et sic
de alijs. Secundo supponitur q he complexiones si debite re- 2^m no^m
gantur non sunt eque longe vite. patet. quia non sunt eque
propinque temperamento: est enim sanguinea propinquior
vero temperamento. vnde si sanguineus debite regatur diu
tius viuit: et consequenter ita in alijs: non enim volo com-
parare complexiones: eo q est proprium libro de longitu-
dine vite: nec indigeo pro mea presentis articuli: sed suppo-
nitur q sanguinea sit longioris vite cum debito regimine eo
q est melior complexio inter lapsas: quo sive sit vera siue non

nõ refert ad pñs. Nec mouet obiectio. si quis dicat q sanguinei cõmuniter moriuntur citius: hoc eniz contingit ex
3m nom excessibus quos faciunt: ꝛ indebito modo viuẽdi. ¶ Tertio supponitur q lz quis naturaliter a principijs generationis esset lapsus ad vnam complexionez accidentaliter potest labi ad aliam ex regimine. patet. qꝛ si flegmaticus gubernetur semper cibarijs calidis ꝛ temperate humidis fieret accidentaliter calidus ꝛ humidus: licet ex principijs natiuitatis fuisset frigidus: ꝛ sic naturaliter est flegmaticus ꝛ accidentaliter esset sanguineus. ¶ Quarto suppo-
4m nom nitur q locutio fiat nãlis: ꝛ sm legẽ cõem nãe: scitur. n. bñ q per potẽtiam diuinã corruptibile posset perpetuari.

pa ꝫ **Tunc sit** pma conclusio impossibile est per artẽ vel per naturam sine miraculo vitam hominis perpetuari. ista probatur. quia mã appetit aliam for-
T. c. 81. mã prout pz. primo phycorum. vel ergo habebit eaz: ꝛ sequit q dimittet formã hominis quã hz: ꝛ sic homo corrũpet vel nunq̃ habebit eam: ꝛ sic appetitus nãlis mãe eternalr frustraret ꝛ puaret suo fine qđ nõ est posse sm nãm.
2m ¶ Scđo. qꝛ postq̃ terminate sunt augmẽtationes hominis calor nãlis post statũ vite continue agit desiccãdo humidum radicale. ergo necẽ est q tãdem totalr reddatur sicci. hoc facto deficit calor nãlis: eo q deficit sibi humi-
3m dum. g vita. ¶ Tertio. impossibile est hominem poni in medio ita cõuenienti qn adhuc post completam augmẽtationẽ debilitet hominẽ resoluẽdo calorez nãlem ꝛ humidum radicale. g cõtinue debilitãdo tãdẽ deficiet humidũ ꝛ calor g vita. Nec valeret si instaret q ligni vite pomũ pseruaret eternalr a corruptione. Seu etiã si diceretur q in triuallis sm pħm ꝛ hystorias nunq̃ homies morerent.
Ad pm ¶ Ad pmũ enim credo q pure nãlr loquẽs nõ concederet aliqđ ligni hẽre talẽ virtutẽ nec aliqđ pomum: eo q nõ est p se notũ: nec p rõnem conclusum: nec ex aliqua experiẽtia sequitur. Catholicus vero diceret q tale haberet talem virtutem potius ex dono dei spãli q̃ ex influxu nature: ꝛ ideo hoc nõ est nãliter: q hoc sic pseruaret: ꝛ ideo nõ
Ad 2m est contra cõclusionẽ. ¶ Ad scđm dicit q in triuallis homines morerent: qđ pz: qꝛ cõtinue debilitant. ꝛ g tandem morerent: sed ita diu ẽent in miseria moriẽdi q filij in cõpatiẽdo parẽtibus citius eos interficiunt q̃ sm illã regio-
pm corm nem adueniat hora mortis nãlis. ¶ Correlarium pmuz. est aliqđ determiatũ tẽpus ita magnũ: q nullũ iduiduũ spẽi humane põt vltra iõm viuẽ p nãm. pz. qa de necessitate etiã homo tẽperate cõplexionis si esset corumperet in q̃cũq̃ regione poneret: ꝛ quãtũcũq̃ bñ gubernaret: ꝛ tẽpus per quod iste homo nõ posset durare esset ita magnũ: q nullũ indiuiduũ spẽi humane posset per ipm durare: ex
2a ꝫ quo tẽperatus per ipsum nõ potuit. ¶ Scđa 9clusio. impossibile est vitã humanã p artẽ vł p nãm plongari vltra terminũ debitũ spẽi. pz. qa q̃ntũ bñ gubernaret indiuiduũ arte vel nãlr nõ potest diutius viuẽ q̃ homo temperatus ad iustitiã optime rectus: ꝛ in aere maxime conueniẽti: ꝛ tamẽ talis nõ posset viuẽ vltra terminum debitũ spẽi. igitur cõclusio vera. maior nota. ꝛ minor pz. qꝛ per terminũ
3a ꝫ sue vite attẽditur terminus debitus sue spẽi. ¶ Tertia ꝫ. medicus arte medicine potest vitam humanã prolongare vltra terminum sue complexiõis nãlis. pz. qa potest bono regimine illã complexionẽ cõmutare in meliorez complexionẽ. per tertiam suppõnem: ꝛ ista erit longioris vite.
4a ꝫ ¶ Quarto ꝫ. medicus sit pseruare vitã humanã a multis corruptionibus. s. passionibus adueniẽtibus citra terminum sue complexionis pz. qꝛ bonus medicus põt aduenientẽ febre eã curare: qa si nõ curaret ꝛ eger indebite se regeret moreret. Et hoc de pma parte istius articuli.

2a ps 2i articuli. **Quantum** ad scđm nota pmo q querẽ vtrũ sub statis corruptibilis ꝛc. est querẽ vtrũ sit dare maximum tẽpus: per qđ corruptibile põt durare vel minimũ p qđ põt: vel maximum: p qđ nõ põt: vel minimum p quod nõ põt. ¶ Secũdo notãdum est q in qõne 2m nom
spãlr loqui volo de homine. naz pportionabiles cõclusiones põt poni de alijs corporibus. ¶ Tertio nota. q du- 3m nom
plicit põt homo corrũpi. s. nãlr ꝛ violẽter. Violenter vt si citra terminũ sue cõplexionis debitũ moriat: aut igne aut aq̃ aut ferro aut aliquo hmõi. Nãlr dicit hõ corrũpi: qñ viuit ad terminũ sue cõplexionis debitũ: ꝛ moriatur deficcato totali humido radicali. ¶ Quarto nõ. q maximũ 4m nom
p quod põt sic exponitur. per hoc potest: ꝛ per nullũ maius põt. Minimum. per hoc potest ꝛ per nullum minꝰ potest. Maximum p quod nõ põt. p hoc nõ põt: ꝛ p quodlibet maius põt. minimum p quod nõ põt. p hoc non põt: ꝛ p quodlibet minus põt: lz quidã ponãt alr expõnes duorum vltimorũ terminorũ: tamẽ iste sunt sufficiẽtes ad pñs ꝛ sm verã expõnẽ grãmatice ita debẽt exponi.

**Tunc sit** pma conclusio hec. oĩs corruptio violẽta hominis pcedit nãlẽ. pz. qa nõ ẽẽt violenta corruptio si expectaret vsq̃ ad terminũ spẽi debitum. pa ꝫ
¶ Scđa ꝫ pbabilis. q in quãtũlibet modico tpe põt fieri corruptio violẽta hoĩs. appet. qa dato quocũq̃ violento corrũpẽte hoĩez: in duplo fortius vel in duplo citius faceret: ꝛ in triplo fortius violẽtãs in triplo: ꝛ sic in infinitũ: cũ nõ repugnet quãtũlibet corrũpẽs eẽ fortius. ¶ 3a ꝫ. q non est dare maximũ tpꝰ per qđ hõ durare põt. pbat. oppositũ est falsa. igit ꝫ vera. 9ña tz. añs pbatur sic. qꝛ dato q daret maximũ tpꝰ p quod hõ põt durare: tunc p illud põt: ꝛ nõ põt p maius. p expõnẽtes: sz 9ñs est impõle. igit añcedẽs est falsum: sz ĩpossibilitas 9ñtis declarat. qa si p hec viuit tũc. s. in vltimo instãti istius viuit. Igit tũc virtꝰ eiꝰ conseruatiua hoĩs istius in eẽ est fortior q̃ virtus corruptiua i destruẽ. igitur in gradu diuisibili virtus cõseruatiua excedit virtutẽ corruptiuã: cum nullus excessus sit indiuisibilis. Ergo cũ ista virtus excedẽs seu ille excessus diuisibilis nõ possit subito depdi: sequitur q adhuc post hoc instans iste hõ viuet. igitur illud nõ fuit maximum tẽpus p qđ ille homo potuit durare. ¶ Confirmat sic. si illud ẽẽt vltimũ instans eẽ illius hoĩs: sequit vł plures formas vltimas simul adequate esse in mã vel mãm pro aliquo tẽpore stare nudã. Consequẽs pro vtraq̃ pte est falsuz. ꝛ pbatur 9ñtia. qa capiat pmũ instãs eẽ forme imediate in mã sequẽtis q pbabo eẽ dãdum. Quero an hoc est idẽ instãs cuz vltimo instãti eẽ istius hoĩs: ꝛ si sic ista forma seqñs imediate: ꝛ forma hoĩs pcedẽs adequate simul starẽt in mã: q̃ fuit pma ps 9ñtis illati. vel est aliud instãs sequẽs: ꝛ cũ inter quelibz duo instãtia sit tẽpus medium. p tẽpus medium nulla forma erit in mã: qa nõ forma hoĩs: eo q in instãti initiãte illud tẽpus fuit vltimũ instãs eẽ: nec forma imediate seqñs: qa in instãti terminãte illud tempus medium erit primum eius eẽ per casum ꝛ per aduersarium. Probo igitur q est dare pmum instãs esse forme sequẽtis. nam ipsa aliquo toto tẽpore est: ꝛ ante non est. g quãdocũq̃ est eius mutatio de nõ esse in esse 9seqñtia nota est ꝛ ista est in instanti seu tota simul: cum inter contradictoria non sit dare medium: vt notum est. g instans transmutationis est attribuẽdum termino ad quẽ. p phylosophuz. 8o physicorũ. sz terminus ad quẽ est eẽ forme. igitur in instanti transmutationis ista forma est. g est dare primũ instãs sui eẽ. ¶ Hic cauillator responderet q nõ sunt instãtia indiuisibilia in tẽpore sm vnam opinionem: ꝛ q nullum est instãs indiuisibile: qđ tũ imaginor in pbando cõclusionẽ. Itẽ nulla est trãsmutatio instãtanea. Scđo diceret q forma sequẽs generat successiue: ꝛ sic eius pmũ esse non est in instãti: sed in tẽpore in quo generatur. ¶ Ad pmum illorũ dico q siue sint siue nõ sint instãtia idiuisibilia

Confir (beside "¶ Confirmat sic")
T. c. 68 ꝛ. 69. (beside "8o physicorũ")
Ad pm (beside "¶ Ad pmum illorũ")

in tempore nihil curo. ego loquor hic si essent imaginan-
do ea esse. vt punctualius possimus descendere ad difficul
tatem: ita licet loqui. quia ita locutus est phylosophus i. 6.
T. c. 68. ⁊. 8. physicorum. ¶ Ad s͡cdam dico ꝙ si loquamur de p̄
mo esse completo totalis forme cadaueris tūc hoc est in
instanti terminante totam mutationem successiuam que
vadit ad eius esse. ⁊ de ista procedit ratio. De mihi viden-
tur esse rationes propter quas non inmerito resurrexit au-
ctoritas ꝙ non est dare vltimum instans rei permanētis.
4ᵃ ꝯ ¶ Quarta conclusio. non est dare minimuꝫ tempus per
quod homo potest durare. pꝫ. quia si esset dare minimuꝫ
tempus tunc per illud posset: ⁊ per nullum minus posset:
quod est impossibile: quia si potest p̄ illud potest p̄ eius
5ᵃ ꝯ medietatē. ¶ Quinta conclusio. non est dare maximuꝫ
tempus per quod homo non potest durare. patet. q: tunc
non posset durare p̄ hoc: ⁊ posset durare per maius: quod
6ᵃ ꝯ est falsum. ¶ Sexta conclusio ⁊ responsalis ad articulū
est: ꝙ est dare minimum tempus per quod homo non po
test durare. probatur. quia cum aliquo tempore possit du
rare: ⁊ aliquo non: propter nimiam eius magnitudinem.
vel igitur est dare maximum: per quod non potest: vel mi
nimum per quod non potest. vel maximum per quod po
test. vel minimum per quod non potest. patet ex sufficien
ti diuisione. Cum igitur tria principalia mēbra sint amo
ta per conclusiones precedentes: relinquitur quartum qḋ
Confir. est propositum. ¶ Confirmatur. quia si homo tempera-
tus ad iustitiam optime rectus ⁊ in medio conuenientis-
simo s̄m cursum nature daretur: talis ex prima parte ar-
ticuli adhuc non semper viueret. Capiatur igitur totum
tempus medium inter primum instans sui esse ⁊ primum
instans sui non esse: hoc est periodus speciei: ⁊ est minimū
tempus: per quod homo non potest durare. quia per il-
lud non potest: quia ille homo de quo magis videbatur:
per illud non potuit: ⁊ per quodlibet minus potuit. quia
iste homo per quodlibet minus vixit cum vixit vsqꝫ ad in
stans exclusiue terminans hoc tempus. Similes conclu-
7ᵃ ꝯ siones possunt poni de equis ⁊ de alijs. ¶ Septima con-
clusio. quilibet homo moritur citra hunc terminum spe-
ciei. patet: quia nullus est temperatus ad iustitiam: vt di
ctum fuit ante. ¶ Item vix est vel forte non est aliquis in
medio conuenientissimo: quod potest esse pro duratione
8ᵃ ꝯ hominis. ¶ Octaua conclusio. periodus speciei est in di-
uersis speciebus alia ⁊ alia. patet quia diuerse species ha-
bent aliam ⁊ aliam complexionem. ⁊ per consequens ali
9ᵃ ꝯ um ⁊ alium periodum sequentē. ¶ Nona conclusio pe-
riodi indiuiduales: vel specialium complexionū sunt val
de diuerse in specie humana patet: quia in alia ⁊ alia com
plexione est alius ⁊ alius periodus. vt lōgior est periodus
sanguinei q̄ flegmatici. similiter in alia ⁊ alia patria quā
uis complexiones indiuiduorum essent eedem. tamē pro
pter aliam ⁊ aliam alterationem mediī essent periodi in-
10ᵃ ꝯ diuiduales diuersi. ¶ Decima conclusio. omnes periodi
indiuiduales excedūtur a periodo speciei istius cuius ista
Dubiuꝫ non sunt indiuidua apparet in cōclusione quinta. ¶ Si
diceres quomodo diceremus de igne in sua spera qui ter-
tio modo identitatis numeralis posito p̄mo huius in vna
Rᵒ questione dicitur perpetuus. ¶ Respondeo ꝙ de quoli-
bet pedali ignis ponuntur conclusiones istis conclusioni
bus proportionabiles: licet non de toto igne: eo ꝙ largo
modo identitatis conceditur esse perpetuus. hoc de secun
da parte huius articuli.
3ᵃ pᵒ hᵘ articuli Circa Tertiā partem huius articuli scilicet vtrum ac
cidentia corporalia habeant determinatuꝫ pe-
pᵐ noᵐ riodum sue durationis est notandum ꝙ accidēa triplici-
p̄ ter consueuit corrumpi. Primo modo a contrario vt ca-
2 liditas a frigiditate. Secundo modo ex defectu conser-
uantis: vt lumen in medio ad lucidi remotionem. Tertio 3
modo ad modum sequele ad corruptionem sui subiecti.
vt cognitio sensitiua in asino ad corruptionem anime asi
ni cui inheret: aut partialiter aut totaliter. ¶ Secūdo no 2ᵐ noᵐ
ta ꝙ primo modo corrumpuntur accidentia habentia cō
trarium. secundo autem ⁊ tertio modo accidētia non ha
bentia contrarium cum contraria non habeant a contra-
rio p̄prie nequeunt corrumpi. vt lumē in medio. sed ex de
fectu conseruantis corrumpetur.
Tunc quo ad hanc partem sit prima conclusio. si cō pᵃ ꝯ
seruans lumen in medio esset p̄petuum: eo mo
do quo conseruat: ⁊ subiectum luminis esset perpetuum:
lumen illud nunquam corrumperetur. patet: quia non a
contrario: q: non habet. per 2ᵐ notabile: nec ex defectu cō
seruantis: cum ponatur p̄petuum esse: eo modo quo con-
seruat: nec ad corruptionem subiecti. quia supponit̄ subie
ctum esse p̄petuum. ergo nullo modo tale lumen corrum
pet̄ quod est p̄positum. Notanter dico eo modo quo cō-
seruat. q: licet sol conseruans lumen in luna sit p̄petuus:
tamen nō est lumen p̄petuum: eo ꝙ sol nō est p̄petuus in
isto modo quo conseruat lumen in luna: quia p̄pter mo-
tum tandem tantum elōgatur a luna: ꝙ quodāmodo lu-
men in eo nequit conseruari. vt quando terra interponit̄.
¶ Scd͡a conclusio. loquendo naturaliter lumen in octa- 2ᵃ ꝯ
ua spera est perpetuum. patet: quia eius subiectum est per
petuum ⁊ sol conseruans eo modo quo conseruat est per-
petuus. ergo illud lumen est p̄petuum. cōsequētia tenet T. c. 28.
p̄ cōclusionē p̄mam. ⁊ aīs quo ad ambas p̄tes pꝫ ex s͡cdo T. c. 55.
celi: ⁊ satis ex s͡cdo huius. capitulo penultimo. vbi p̄hs vo ⁊. 56.
luit motū solis ⁊ solem esse p̄petuū. ¶ Primum correla- pᵐ corᵐ
riuꝫ. aliqḋ quod de sui natura est corruptibile est p̄petuū.
pꝫ: q: illud lumē in octaua spera est de sui nā corruptibi-
le: ⁊ est p̄petuū. ergo. maior patet: q: illud lumen est eius-
dem spēi cum lumine solis apud nos. eo ꝙ est spēs eiusdē
lucis naturaliter representatiua. ⁊ minor est cōclusio p̄ce-
dens. ¶ Sed diceres tu. tale lumen nō potest corrumpi. Dubᵐ
ergo non est corruptibile. consequētia tenet ex terminis. ⁊
antecedens patet per rationem adductam ante cōclusio-
nem s͡cdam. quia nec a contrario nec a defectu conseruan
tis. nec etiam p̄ modum sequele ad corruptionē sui subiti.
¶ Hic est aduertēdum ꝙ iste terminus corruptibile. sen- Rᵒ
sitiuum. ⁊ alia huiusmodi capiuntur dupliciter. ¶ Uno
modo prout exponuntur per infinitum verbum a quo de
scenderunt cum verbo potest. vt corruptibile quod potest
corrumpi. sensibile quod potest sentiri. Et sic sine dubio
loquēdo naturaliter concedēdum esset ꝙ tale lumen non
esset corruptibile. Sicut calor existens in cētro mundi nō
est sensibilis: quia non potest sentiri. Immo quelibet for-
ma ossis: aut carnis nō est sensitiua. quia non potest senti-
re. quia non potest per naturam habere organum. sed so-
la forma nerui in animali sentiret. ¶ Secūdo modo cor- 2ᵐ
ruptibile dicitur quod de sui natura natum est corrumpi
nisi aliunde conseruetur. sicut sensitiuum quod de sui na
tura natum est sentire si haberet organuꝫ conueniēs ⁊c̄.
sensibile quod de sui natura natum est sentiri si esset suffi-
cienter presens sensui. Et sic capitur sensitiuum cum dici-
mus formam carnis: vel ossis in boue esse animam sensi-
tiuam. ⁊ sic diceretur ꝙ tale lumen est corruptibile. quia
quantum est de natura sua natum est corrumpi: nisi aliū
de conseruaretur scilicet p̄ conseruans sibi sufficienter sem
per existēs p̄sens. ¶ Secundum correlarium talia corru- Corᵐ 2ᵐ
ptibilis non est determinatus periodus sue duratiōis ma
xime. patet: quia est perpetuum. per correlarium p̄mum.
¶ Tertia conclusio. omnis accidētis corruptibilis quod 3ᵃ ꝯ
quandoqꝫ est ⁊ quandoqꝫ nō: est determinatus periodus
sue durationis sicut in subiectis ⁊ corporibus patet: quia

2m subiecti.igitur resistit sibiipsis. ¶ Secundo.qꝛ sequitur ꝙ
cōcurreret in omni resistētia.hoc ꝯñs est incōueniēs vt ꝓ
babitur.⁊ ꝓbaꝫ ꝯñs.qꝛ nō magis pñt hec inferiora in vir
tute propria resistere ꝙ̃ agere:sed per ꝑdicta nō pñt agere
in propria virtute.igiꝫ nec resistere.falsitas ꝯñtis ꝓbaꝫ.
qꝛ si cōcurrāt cū omni resistētia:sequitur ꝙ eiusdem faciunt
generationē:⁊ quantū pñt impediūt.igiꝫ videꝫ implicare
⁊ tꝫ ꝯñs.qꝛ ex quo ꝯcurrunt cū omnis effectus productio
ne cōueniens est ꝙ ꝯcurrunt cū agēte calido producēdo
calidū:sed ex quo ꝯcurrunt cū omni resistētia:ꝯueniēs est
ꝙ per frigidū inquātū pñt īpediūt gn̄onem calidi.igitur
eidē effectū facerēt:⁊ quantū possent ipsum impedirent.
3m ¶ Tertio si ad calefactionē ꝯcurreret aliq̈ subā:sequitur
ꝙ illa esset virtutis infinite.ꝯñs est falsum.⁊ ꝓbaꝫ ꝯñs.qꝛ
illud agens est infinite virtutis:qḋ infinitū effectū quātuꝫ
est ex parte sui pōt producere ꝑncipaliter:modo ista suba
quantū est ex pte sui infinituꝫ effectū pōt facere ꝑncipalr:
maior nota est de se.minor ꝓbaꝫ.qꝛ ad duplationē calidi
tatis faceret effectū in duplo maiorē:⁊ ad triplationē cali
ditatis faceret effectū in triplo maiorē.ergo si in īfinitū fie
ret caliditas ista eadē suba quantum est ex parte sui face
ret ꝑncipaliter effectū infinitū.qḋ fuit ꝓbādū. ¶ Quar
4m to.sequitur ꝙ si celū cessaret influere vel intelligētia moue
re.ꝙ ego cessarē videre colorē.ꝯñs nō videꝫ verū.⁊ ꝯñtia
tenet.qꝛ ego nullū effectum possum facere ꝑ conclusiones
nisi coagentibus oībus causis mediīs subordinatis: etiaꝫ
opꝫ per cōclusionē intelligētiā mouentē ad oēs effectus ꝓ
ductionē cōcurrere.ergo si ipsa nō influeret:ego nō possēꝫ
videre. ¶ Quinto.sequitur ꝙ si intelligētia nō ageret nihil
5m amplius corrūperetur:qḋ tñ videꝫ falsum:qꝛ tunc per eā
cessare agere fierent oīa perpetua. ¶ Iterum tunc graue
non descenderet.nec candela illuminaret.

Ad pm Ad istas rōnes rñdetur ꝙ nō est incōueniēs ꝙ idē
mediantibus diuersis īstrumētis sibiipsi
resistat:vt tu mouēdo manū dexteram.s.versus latus sini
strum potes resistere tibiipsi cōtra mouēdo manum sini
stram. Sic ꝑma causa agēdo cū aqua producit frigidita
tem.⁊ agēdo cū igne impedit generationē eius ⁊ resistit si
bi ipsi:hoc enim est necesse de agētibus vlibus ꝙ ad vnū
⁊ eidē effectū cōcurrunt agēdo per vnū instrumētū ⁊ resi
Ad 2m stendo per aliud. ¶ Ad scdm rñdetur per idē ꝙ in omni
resistētia cōcurrunt cause vles agentes:⁊ ꝙ nō est incōue
niens agētia vlia per vnū suum instrumētū agere.⁊ ꝑ ali
ud inquantū per nām pꝫ per illud instrumētū pñt eundeꝫ
effectū impedire:sic enim cuilibet enti hic inferius īfluunt
vt diligāt se ꝑmanere:⁊ iō cū quolibet ente in ꝑticulari in
quantū pñt per ipsum nāliter sepe impediūt effectus gene
rationē:ad cuꝰ generationē sequitur illius primi corruptio.
Ad 3m ¶ Ad tertiū pōt dici vno mō ꝙ principalissima cā oīum
2a rñsio. causarū est infinite.virtutis in vigore.s.ꝑma cā. Uerūꝫ est
ꝙ licet ita sit:tamen hoc forte rō naturalis nō diceret. Iō
aliter dī negando ꝯñtiam. Ad probationē dici pōt dupl̄r.
vno mō cōcessa maiore:negatur minor ꝙ substātia ꝑnci
paliter agēs quantū est ex parte sui pōt ꝓducere infinituꝫ
effectū. Et ad ꝓbationē dī ꝙ lꝫ ita esset quātū ad infinitā
intēsionē caliditatis aliq̈ substātia finita produceret infi
nitum effectū:tñ illū nō ꝓduceret nisi mediante instrumē
to infinito:⁊ ideo illud instrumētū cum causis superioribus
produceret totū effectū:⁊ ad hoc non sequitur aliqḋ istorū
superiorꝝ agētiū esse virtutis īfinite. ¶ Aliter pōt dici for
3a rñsio. te ⁊ melius ꝙ quātūcūꝙ caliditas intenderetur: tñ semꝑ
esset finita:⁊ ideo cāe agētes solū finite ꝑ eā pñt:licet tñ sin
cathegoreumatice cōcedi posset ⁊ miraculose ꝙ in infini
tum caliditas pōt intēdi:⁊ ꝙ in infinitū suba potest fortiꝰ
calefacere:sed ad istas nō sequitur ꝙ substantia agēs ꝑn
cipaliter sit infinite virtutis:sicut nō sequitur graue simplr̄

per subtiliationē mediī pōt in infinitū velociter descēdere.
igiꝫ est infinite virtutis. ¶ Ad 4m dī naturalr loquēdo ꝙ Ad 4m
si celū cessaret:aut ꝑma cā influere non solū cessaret hō vi
dere:sed ēt esse:de hoc magis videbiꝫ in alia q̄ōne. ¶ Et ꝑ Ad 5m
hoc vltra cōcediꝫ rñdēdo ad qntam.ꝙ si itelligētia agere
cessaret ꝙ nihil plus corrūpereꝫ:qꝛ nihil plus remaneret:
⁊ iō nō sequitur ꝙ oīa fierent perpetua.ꝯcediꝫ ēt ꝙ candela
nō illuminaret.nec graue descēderet:⁊ etiam videbitur de
hoc plus in q̄ōne correspondente huic materie post ⁊c̄.

Ad rationes ꝑncipales. ¶ Ad ꝑmā dī ꝙ non Ad rōes
opꝫ illud esse cām ꝑncipalē alicu
ius actionis:quo posito ꝑmo poniꝫ effectus seu actio:⁊ q̈
remoto remoueꝫ actio:qꝛ stante volūtate efficaci artificis
posito instrumēto ⁊ materia poniꝫ actio:⁊ isto instrumē
to remoto remoueꝫ actio:non tñ instrm̄ est cā principalis.
¶ Ad scdm dī ꝙ bene probat qualitates ꝑmas esse cau Ad 2m
sas agētes īstrumētales.⁊ hoc est pro sexta ꝯclone. ¶ Ad Ad 3m
tertiū diciꝫ eodem mō ꝙ verū est ꝙ illa sunt agētia ꝑnci
palia vel instrumentalia:sm̄ quorꝫ proportionē aliam ⁊
aliā ⁊c̄.nec opꝫ ꝙ talia sint agētia principalia:qꝛ oēs effe
ctus producti q̄̄n diuersificātur ꝑꝑ diuersitatē agentiū in
strumentaliū:qꝛ vnus idē est deus ⁊ idē celū cōcurrētia ꝑn
cipaliter i omni effectuū gn̄one:ꝑꝑ tñ particulariū diuersi
tatē diuersificātur effectus:prout notuꝫ est:qꝛ sm̄ eoꝝ di
uersitatē agētia ꝑncipalia alr̄ ⁊ alr̄ influunt in effectū. Et
ad ꝯfirmationē dī ꝙ pħs non plus volunt nisi ꝙ ignis ca
lefacit mediāte caliditate ⁊ non sine ea. nec hoc est contra
dicta. ¶ Ad q̈rtū concedo ꝙ q̈litates prime sunt cāe acti Ad 4m
ue in gn̄one mixti:sed īstrumētales:vt dictū est. ⁊ nō plus
probat rō. ¶ Ad qntū dī ꝙ nō opꝫ illud esse cām ꝑncipa Ad 5m
lem, ad cuius duplationē duplaꝫ effectꝰ:qꝛ hoc frequenter
cōtingit ꝓpter duplationē instrumēti.⁊ iō rō non ꝓcedit.
¶ Ad sextū dī ꝙ forte in gn̄one ignis caliditas magis de Ad 6m
per se cōcurrit hoc est solū instrumētaliter: ⁊ non vt cause
essentialr̄ ordinate. ¶ Ad septimū de sacramēto altaris dī Ad 7m
ꝙ ibi ꝑma cā supplet locū māe sic ꝙ agit per qualitates ⁊
facit q̈litates pati:sicut si essent in substātia:sed qꝛ per mi
raculum hoc est:rō non est ad propositum. ¶ Ratio post
oppositū est pro premissis cōclusionibus.

¶ Similiter aūt facientibus vnam eorū ma
teriā ⁊c̄. Tex.cō.xlviij. Pō.xv.

Queritur qntodecimo. Utrū cōtingat
dare mixtū tēperatū ex ele
mētis vel ex q̈litatibꝰ eorū. ¶ Et arguiꝫ ꝙ pm
sic.qꝛ vbi est dare maiꝰ ⁊ minꝰ ibi est dare eq
le:sꝫ ꝯtigit eē mixtū lapsum ad caliditateꝫ ⁊
siccitatē magis ⁊ ꝯtingit dare lapsuꝫ minus ad ista ⁊ ma
gis ad ꝯ̄ria.puta ad frigiditatē ⁊ humiditatē.igiꝫ ꝯtingit
dare mixtū hñs equalr̄ de istis.⁊ hoc erit tēperatū.igiꝫ ⁊c̄.
maior videꝫ esse principiū.⁊ minor manifesta est de diuer
sis mixtis.in colericis enim dñaꝫ caliditas ⁊ siccitas: ⁊ in
cucurbitis frigiditas ⁊ humiditas.ꝙ aūt mixtū hñs equa
liter de istis esset tēperatū apparet:qꝛ tēperatū est adequa
tio qualitatū elemētoꝝ in vno indiuiduo. ¶ Scdo ē da 2m
re aliqḋ mixtū intēperatū ex elemētis.ergo erit dare aliqḋ
mixtū tēperatū ex eisdē.ꝓbaꝫ ꝯñs.qꝛ si vnū oppositoꝝ
est in nā ꝑpāliter:qḋ est priuatio ⁊ minus desideratū a nā:
tunc ēt erit ⁊ reliquū:qḋ est habitꝰ ⁊ magis a nā intentus.
modo intēperatū ⁊ tēperatum sunt opposita ⁊ est intēpe
ratū priuatio:⁊ minus intētū.igiꝫ ⁊c̄.maior nota est ⁊ mi
nor silr̄:qꝛ nā magis intēdit temperiē ⁊ ꝑfectionē ꝙ̃ imꝑ
fectionem ⁊ intēperiē. ¶ Tertio.nisi sic nullū aīal esset ꝑ 3m
fecte sanum.ꝯñs est falsum.⁊ probaꝫ ꝯñs.qꝛ sanitas consi
stit in tēperamēto qualitatū eloꝝ:⁊ in adeq̄tione hūorū
ꝯrīdē. ¶ Quarto.signato aliquo mixto vel est tēperatus 4m

⁊ habetur propositū. vel est intēperatū: ⁊ sic tūc aliqūe q̄-
litates excedūt alias. pono igit̄ illas remitti vel alias intē-
di: donec fiat adeq̄tio: qḋ non videt̄ impossibile quo facto
5° erit mixtū tēperatū. igit̄ ⁊c̄. ¶ Quinto. sit mixtū lapsum
ad frigidū ⁊ humidū equalr̄: ⁊ pono ꝙ alteret̄ quousq̄
fiat eq̄liter lapsum ad calidū ⁊ siccū: tūc sic. nō ↄtingit trā-
sire de extremo in extremū nisi transeat̄ per mediū: sed hic
fit trāsitus de lapso ad frigidū ⁊ humidū equalr̄ vsq̄ ad
eq̄liter lapsum ad calidū ⁊ siccū. igitur trāsiret̄ p mediū
in quo oīa ista erūt adequata. ⁊ per ↄñs illo tunc qn̄ erit il-
6° lud mediū erit mixtum tēperatū: igitur ⁊c̄. ¶ Sexto. est
dare aliqḋ mixtum qḋ nālr̄ quiescit in medio elemento-
rum: qḋ sc̄z derelinquit duo elemēta infra se: ⁊ duo supra
se: igitur est dare mixtū equaliter ex elemētis. ↄñia t₃. q: ta-
le videretur eq̄liter mixtū ex elemētis: q: tm̄ habet de leui-
tantibus: sicut de grauitantibus. añs videt̄ patere per ex-
periētiam. ꝙ in aere descēdit: ⁊ in aqua ascendit: ⁊ in me-
dio illoꝝ quiescit: ⁊ p₃ rōne: q: si qesceret nālr̄ supra ma-
gis. ponatur intēdi grauitas donec sit adeq̄ta leuitati: ⁊
tūc qesceret nālr̄ in medio: ⁊ si infra qesceret ponatur re-
7^m. mitti grauitas ⁊ itēdi leuitas. ergo ⁊c̄. ¶ Septimo. sicut
est in maiori mundo ita est in minori: sed in maiori mūdo
elemēta sunt adequata in potentijs. ergo ita d₃ esse in mi-
nori mundo. s. in hoīe. igitur hō d₃ eē tēperatus in elemē-
T.c.17. tis. maior p₃. cōueniēti similitudine. ⁊ accipitur a phō 8°
phycorum. minor p₃. q: nisi elemēta in minori eēnt adeq̄-
ta in potētijs: vnum eoꝝ corrūperet aliud: ⁊ sic fieret mun-
8^m dus inordinatus: quod non est possibile. ¶ Octauo. ars
potest facere ex aliq̄bus duobus elemētis mixtū. igit̄ hoc
magis pōt natura. ↄñia t₃. q: maioris virtutis ⁊ potentie
est nā q̄ ars. añs p₃. q: poße est ꝙ artifex per artem suā fa-
ciat mixtū equalr̄ ex aqua ⁊ vino. igitur ⁊c̄.

T.c.49 Cō.7. **In oppositum** arguitur per Cōmentatorem
in isto scd̄o. vbi vult ꝙ impos-
sibile est dare mixtū ex elemētis equalr̄. ⁊ hoc idē dicit p̄-
mo celi. vbi probat hoc: q: illud mixtū qesceret vbicunq̄
poneretur: nec haberet motū nālem. q: mixtū mouet̄ ad
motum elementi dominantis in eo: modo si eēnt adeq̄ta:
tunc nullū elemētum esset dominās. igitur ⁊c̄.

p^m nō^m **Pro ista q̄one** nota ꝙ mixtū ex elītis pōt in-
telligi dupl'r. vno mō diceret̄
mixtū tēperatū in quo elīta in oībus q̄litatibus remanē-
tibus. s. tā alteratiuis q̄ motiuis essent adequate. puta mi-
xtū: qḋ tm̄ haberet de caliditate: sicut de frigiditate: ⁊ sic
de aliis q̄litatibus elītoꝝ. ⁊ hoc mixtū diceret̄ tēperatū
ad pōdus: q: equali pondere in intēsione: elemēta in suis
q̄litatibus in eo d'ñarent̄. Alio mō diceret̄ mixtum tēpera-
tum nō ad pōdus: sed in ordine ad cōplexionē sue spēi de-
bitam. ⁊ vocat̄ hoc tēperatū ad iustitiā. s. mixtū in quo nō
sunt oēs qualitates elemētoꝝ adequate: sed in quo sunt i
optima dispōne s'm opationes debitas certe spēi. vn̄ aduer-
tendū est: ꝙ qḋlibet mixtoꝝ certā q̄litatiuā dispōnē sibi
determinat: que nō cōsistit in eq̄litate oium q̄litatū elītorū
sed in debita dispōne eaꝝ in ordine ad opationes sibi de-
bitas: ⁊ proportione sibi ↄueniēti: si. n. in hoīe fieret adeq̄-
tio q̄litatū p̄maꝝ vel magna tēdētia ad eq̄litatē: statim
moreret̄ hō: eo ꝙ nimis remitteretur caliditas eius nālis.
igitur tēperamētū ↄueniēs homini cōsistit in ꝓportione
q̄litatū p̄marū: q: hō posset optime in operationes sibi de-
bitas. Et s'm hō duplex tēperamētum. Erūt in q̄one duo
p° arti. articuli. In p̄mo videbit̄ vtrū sit possibile mixtum esse tē-
peratum ad pōdus ex elemētis. Secundo vtrum sit dare
mixtum tēperatum ad iustitiam ex eisdem.

p^m nō^m **Quantum** ad p̄mū nota ꝙ in mixto ex elītis du-
plices derelinquunt̄ q̄litates: q̄dā al-
teratiue: sicut caliditas hūiditas ⁊ frigiditas ⁊ siccitas: ⁊
quedā motiue localr̄: sicut sunt grauitas ⁊ leuitas: ex quo
sequitur ꝙ adhuc p̄mus sensus q̄onis pōt intelligi tripli-
citer. Primo mō. vtrū sit mixtū in quo oēs q̄litates hō eq̄-
liter d'ñent̄: sicut supius dictū est. Alio mō si sit dare mix-
tū in quo oēs q̄litates alteratiue sunt eq̄les: siue motiue
localiter sint eq̄les siue nō. Et 3° mō si sit dare mixtum in
quo q̄litates motiue localr̄ sint adequate qcq̄d sit de alte-
ratiuis. ¶ Scd̄o nota. ꝙ de hac mā volo loq̄ pure natu- 2^m nō^m
raliter: q: qḋ per potētiā diuinā posset eē tēperatū ex ele-
mentis siue ad pondus siue alr̄ nullus negaret.

**Tunc sit** p̄ma suppositio. si in mixto essent adequa- p° suppō
te qualitates alteratiue mixtum haberet
multū plus de grauitate q̄ de leuitate. probatur sic. q: ad
hoc ꝙ in mixto sit tāta leuitas: sicut grauitas requirit̄ ꝙ
in eo sit multo maior caliditas q̄ frigiditas. igit̄ si essent
adequate in mixto caliditas ⁊ frigiditas: nō eēnt adequa-
te leuitas ⁊ grauitas: imo esset maior grauitas q̄ leuitas:
qḋ est propositū ↄñia t₃. ⁊ añs declarat̄: tam in nālr̄ dispo-
sitis q̄ in violenter dispositis. in nālr̄ dispositis ↄstat ꝙ in
aīali est multo maior grauitas q̄ leuitas: tn̄ cū hoc est in
eo maior calitas q̄ frigiditas: eo ꝙ vita aīalis cōsistit i cā-
lidū. si ergo pro calefactione deberet leuitas adeq̄ri gra-
uitati: oporteret ꝙ in eo fieret multū maior caliditas q̄
frigiditas: q: actū est maior: sicut dictū est. in violēter cali-
dis apparet silr̄. nā in ferro calido est maior grauitas non
obstante: ꝙ in eo sit maior caliditas. Si igitur per vlterio-
rem calefactionē deberet leuitas adequari grauitati opor-
teret ꝙ caliditas valde excederet frigiditatē. ¶ Ex quo se- 2° suppō
quitur scd̄a suppositio. si esset mixtū equaliter ex qualita-
tibus motiuis ipsū esset mixtū inequaliter ex alteratiuis.
p₃ ex precedente. ¶ Tertia suppō. supposito ꝙ in aliquo 3° suppō
mixto q̄litates alteratiue elītoꝝ eēnt adequate in gradu:
adhuc tn̄ ipse nō essent adequate in virtute. apparet: ⁊ ad-
huc caliditas fortius ageret ⁊ minus resisteret q̄ frigidi-
tas. q: iste due simul fortius agerēt ⁊ minus resisterent q̄
siccitas ⁊ humiditas. ¶ Quarta suppō. supposito ꝙ q̄li- 4° suppō
tates prime in mixto essent adequate. in agere tamen non
essent adequate in resistere. apparet: q: si frigiditas d₃ esse
equaliter actiua: sicut caliditas: op₃ ꝙ sit intensior q̄ ca-
liditas per prius dicta. mō intensior est fortioris resistentie
q̄ caliditas. pat₃. q: equalis magis resistit q̄ caliditas. er-
go a multo fortiori intensior magis resistit.

**His premissis** sit p̄ma ↄclo. nō ē poße mixtū p° ↄ̄
esse tēperatū ad pōdus ex elītis
quo ad q̄litates motiuas ⁊ alteratiuas simul. appet p du-
p^m^ nōn^m **Quantū** ad primuz dico.primo ꝙ calor naturalis cōtinue agit in humidū radicale per h ꝙ nisi fieret sumptio alimenti extrinseci ab ipso animato:ꝑꝫ sensibiliter diminueref.mō talis diminutio ꝛ debilita^s^ aīati non videf esse ex alio:nisi propter deperditionē aliquaꝝ particularum ipsius aīati.quaruz restauratio fit per sumptionem alimenti.mō talis deperditio non vr̄ esse ex alio. ꝛ silr̄ debilitatio ipsius aīati nisi per actionem ipsius caloris naturalis in humidū radicale.sic igif pꝫ de fine nutritionis:q est restauratio deperditi mediante actione caloris

2^m^ nōn^m nālis. ℭ Scd̄o dico ꝙ efficiens nutritionis est idem calor nālis.nā idem calor alimētū assumptū exiccādo ꝛ agēdo in ipsum cōuertit in carnē:ꝛ ipso conuerso in carnē vlteri^9^. ipsum exiccando resoluit in tantuz ꝙ corrūpif ꝛ deperdif. Et sic idem respectu eiusdē est generatiuuz ꝛ corruptiuū: s̄m aliā ꝛ aliā tn̄ dispōnē māe:nec hoc est incōueniēs:ꝛ per

3^m^ nōn^m. hoc soluta est tertia rō. ℭ Notandū tn̄ ꝙ calor naturalis nō est agēs ꝑncipale:sed est agēs instr̄ale.ꝑncipale aūt est ipsa aīa. ℭ Ex isto pꝫ q̄ṏ fit nutritio:naꝫ nutritio fit isto mō ꝙ alimentum ꝑmo sumif a stō:ꝛ ibi mediante calore nāli:cuius est segregare eterogenea ꝛ congregare homogenea:puꝝ separatur ab ipuro:ꝛ impuꝝ mittif extra ꝑ foramen.sed purum manens mittif ad epar:ꝛ ibi fit vlterior purifi^o^ mediante calore naturali:ꝛ tunc illud impuꝝ mittitur ad vesicam:ꝛ fit ex hoc vrina:ꝛ tunc vlterius purum manens mittif per vnam magnam venā ad cor:ꝛ tunc ibi fit vlterior segregatio ꝛ purificatio puri ab impuro:ꝛ dicitur ꝙ illud ipurum mittif ꝑ ḡfiatione vnguium:ꝛ de puro remanente cor retinet sibi portionem suam pro suo nutrimento qḋ cōuertif in subām cordis ꝑ restauratione dep̄diti:ꝛ residuum remittif ꝑ vnam pūā venam de corde ad epar.a quo multe vene vadūt ramificate hincinde ad singulas partes corporis:per quas illud purum distribuitur ꝛ remittitur per singulas partes ipsius corporis.tunc ꝑ/uenit ibi calor talium partium mediante quo alterat illō adueniens:tandē ꝙ forma subālis illius corrumpif:ꝛ cuz illa corrumpif:de eius mā educif de nouo vna forma:q̄ cū forma animati preexistēte fit vnum cōtinuū:ꝛ hoc si illud qḋ ḡfiaf de nouo est maius ꝙ̄ illud qḋ dep̄dif:non solum est nutritio:sed ēt aug^o^ si vō non est maius:sed tantuz vel minus.tūc est solum facta nutritio.sic igif hētur q̄ṏ fiat nutritio:ꝛ silr̄ aug^o^ ꝛ qd sit finis nutritiōis:ꝛ silr̄ agēs nutriēs ꝛ augēs. ℭ De fine vō augmentationis dico ꝙ finis eius est vt aīatū fiat tn̄:vt debite possit exercere opationes sibi debitas:quas nō posset exercere si maneret ita paruuz: sicut erat in ꝑn^o^ cum generabatur.

p^m^ nōn^m. **Quantum** ad 2^m^ sciēdum est ꝙ nutritio pōt capi dupl'r.vno mō.ꝑ alteratiōe nutrimēti alio mō ꝑ ꝯuersiōe alimēti ill^i^ i subāz aīati. ℭ Tūc sit ꝑ^a^ ꝯ̄ talis.nō ꝑ totū tp̄s vite ipsius animati ē nutritio.accipiendo nutritionē ꝑ conuersione alimēti.pꝫ h:q2 aliquādo hn̄ ꝑpe ante mortē calor nālis in tn̄ debilitaf ꝙ nō sufficit obtinere super alimētum in tn̄ ꝙ possit ipm̄ conuertere in

2° cōcl'o. subām aīati. ℭ Scd̄a ꝯ̄.aīatum non posset diu ma^re^ sine eius nutritiōe:ꝛ idē est ꝙ talis nutritio ē necessaria aīato: sup^er^ ꝙ diu debeat viuere.pꝫ.nam alr̄ non fieret restauratio deperditi:ꝛ fieret debilitatio nimia aīati. ℭ Tertia ꝯ̄ ē

3° cōcl'o. ista.posē est:ꝛ forte ꝙ ita est:ꝙ nutritio est continua ꝑ totam vitā:sumēdo nutritionē ꝑ alteratione:ꝛ hoc in aīalibus hn̄tibus magnū calorē ꝛ multum sanguinē.pꝫ.nam ꝗ̄diu talia viuunt hꝫ calorē nālem ꝛ obtinētias supra alimētū i tn̄ ꝙ sufficit ꝑ alteratione:ꝗ̄uis nō ꝑ ꝯuersione. ex eo ꝙ talia aīalia non viuunt sine notabili calore.sed aīaliū ad quoꝝ viuere nō req̄rif tātus calor.sicut sunt rane ꝛ hꝫ.pōt dici ꝙ nō ꝑ totā vitaꝫ durat eoꝝ nutritio:siue

4° cōcl'o nutritio accipiaf ꝑ alteratione seu ꝑ cōuersione. ℭ 4° ꝯ̄. hoc tn̄ nō est demratū.posset.n.dici ꝙ modicū añ mortez calor in tn̄ debilitaf ꝙ nullo mō obtinet super alimentuz in tn̄ ꝙ sufficiat ipsum alterare vel conuertere.

**Quantum** ad 3^m^ sit ꝑ^a^ ꝯ̄.ois aug^o^ est cōtinua.pꝫ: q2 ois aug^o^ est motus q sit successiue. ois aūt motus talis est continuus.ḡ ꝛc̄. ℭ 2^a^ ꝯ̄.posē est ꝙ aliqd aug' per longū tp̄us:ꝛ ꝙ fiat aug' non ꝑpe vna:sed aggregatiua ex plibus.pꝫ.nā aliquando videmus de aīatis ꝙ ꝑ aliqḋ tp̄s augenf.ꝛ tūc ꝑ aliqḋ tempus stant:ꝛ iterum augentur. ℭ 3^a^ ꝯ̄.nunꝗ̄ est status:sed continue ipm̄ viuens augef vel diminuif:ꝛ nūꝗ̄ in eodē statu ꝑmanet. patet:q2 calor nālis nunꝗ̄ manet in eodem statu:quin sit aliquando fortior ꝛ aliquando debilior:ꝛ hoc ꝑpter intensionē vel remissionem sui vel caloris extranei in aīatis:qui calor extraneus non posset ma^re^ in eodē statu nisi calidū quiesceret ꝛc̄. Si calor naturalis sit iam eque potens ad conuertendum sicut ad resoluendum.sequif ꝙ immediate post hoc erit fortior ad vnum ꝙ̄ ad aliud:ꝛ hoc supposito ꝙ cōtinue sit resolutio vel conuersio ꝛc̄.ꝑꝑ hoc ꝙ cōtinue per actionē celi in ista inferiora fit alteratio ꝛ variatio istorum inferiorum in tn̄ ꝙ nūꝗ̄ in eodē statu permanent. Sed.d.tu.augmentatio tamen durat vsqꝫ ad aliqḋ tempus postꝗ̄ non fit vlterior augmētatio. ℭ Respondetur ꝙ bene verum est ꝙ fit vsqꝫ ad aliquod determinatū tempus:postꝗ̄ non fit vlterius augmentatio sensibilis:ꝫ insensibiliter fit maior augmentatio ꝙ̄ diminutio:sed postea quamuis alternatis vicibus fiat augmentatio ꝛ diminutio:non tamē fit sensibilr̄ maior augmentatio ꝙ̄ diminutio:ꝛ ꝑꝑ hoc dicimus augmentationem stare:nutritionem vero non.nā per longum tp̄s ante mortem nō fit sensibiliter maior augmentatio ꝙ̄ diminutio:nec tanta:ꝫ bene fit tanta restauratio deperditi vel maior restauratio deperditi quanta est deperditio.

Dubiuz
R

Ad p^m^
Ad 2^m^
**Ad rationes** ℭ Ad ꝑmaꝫ pꝫ ex dictis quid sit respondendum. ℭ Ad secundaꝫ dico ꝙ immo bene est credibile ꝙ aliquid possit continue acquirere quantitatem digi^tem^:ꝛ ꝙ cuilibet parti temporis mensurantis illam acquisitionem correspondeat vna pars illius quantitatis.naꝫ in celo qḋ facit vnam reuolutionem i vna die nāli:est aliquo modo ꝑe ꝑpinꝗ̄ polo:que cōtinue mouef:ꝛ describit aliqḋ spa^m^ ꝑ vnā horam:ꝛ reuolutionē eius ita ꝑuam:ꝙ si rectificaref non esset tāte lōgitudinis:sicut est vnū pisū.ḡ bn̄ ē credibile ꝙ aliqua quātitas digi^ta^ posset cōtinue acq̄ri in vno anno:ꝛ cuilꝫ pti ill^i^ anni correspōnderet vna pars illius quantitatis digi^ta^.

Ad 3^m^
Ad 4^m^
ℭ Ad tertiam pꝫ ex dictis. ℭ Ad q̄rtam q̄ñ dicif.motus est in contraria:dico ꝙ ibi accipitur contrarietas large non solum pro illis que sunt actiua ꝛ passiua adinuicem:

sed etiam ꝓ illis que nō possunt eidem respectu eiusdem
simul inesse: sed bñ successiue. Et sic accipiendo cōtrarieta
tem. vz. ita extense: bñ cōcedo ꝙ magnum ⁊ paruum pos
sunt dici cōtraria. quāuis nō dicantur contraria actiue ⁊
Ad 5m passiue adinuicem. ¶ Ad vltimaz dico ꝙ nutritio potest
accipi ꝓ alteratione vel pro conuersione. Et per hoc solui
tur argumentum. Questio. XIIII.



Queritur vtrum omnis actio ⁊ passio fiat ꝑ cōtactuz. ¶ Et argui
1m tur pmo ꝙ nō. nā deus ⁊ intellr̄ agit in ista
inferiora: ⁊ tñ nihil tāgūt: ex eo ꝙ tactus ꝓ
prie est magm̄: deus autez ⁊ inte nō sunt ma
2m gnitudines. ¶ Secundo arguit sic. nā visi agit in visuz
absq; hoc ꝙ tāgat visum ergo nō opz ꝙ omne ꝙ agit in
3m aliud tangat ipsum. ¶ 3o arguitur sic. nam celū agit i ista
inferiora: puta in terram ⁊ mixta absq; hoc ꝙ tangat ea:
4m qz valde distat ab eis. ¶ Quarto anima agit in corpus
mouendo ipsum: ⁊ similiter grauitas in lapidem mouen
do ipsum deorsum: ⁊ similiter aqua calefacta agit in seip
sam reducendo se ad fridirtatez pstinam: ⁊ tñ nec aīa tāgit
corpus: nec grauitas tangit lapidē: nec aqua calefacta tā
git seipsaz: ex eo ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄ tāgāt se: requirit ꝙ vnū
illorum hēat situ extra aliud. mō sic non est de ipsis. g̃ ⁊c.
5m ¶ 5o magnes agit in ferrū attrahendo ipm absq; hoc ꝙ
6m tangat ipsum. g̃ ⁊c. ¶ 6o agēs agit in interiora passi: cū tñ
7m nō tāgat. g̃ ⁊c. ¶ 7o arguit sic. si i oī actōe oporteret agēs
tangere passum: sequitur ꝙ nullū agēs ageret ad aliquā
8m distantiam: sed hoc est falsum. ⁊ ꝯña tz de se. ¶ 8o si. q. eēt
vera: sequitur ꝙ nulla possent agere ⁊ pati adinuicez: sed
hoc est falsum. ⁊ ꝯña tenet ex eo ꝙ Arist. in 2. de anima
T.c.113 dicit: semper inter talia esse medium.
T.c.43 In oppositū est Arist. pmo huius vbi videtur dicere ꝙ ad hoc ꝙ aliqua agant
⁊ patiant adinuicem: requiritur ꝙ se tangant.
¶ In ista questione. p̄ ponam aliquas distōnes. 2o ꝯnes.
1o distō Quantū ad pmū sit pma distō ista: ꝙ agens pōt di
1 ci mediatum passo tripl̄r. vno mō qz vir
tus illius agentis nō attingit ad illud passum: sed ad aliō
2 cuius virtus attingit ad passum. 2o mō pōt dici mediatuz:
qz virtus eius nō attingit ad passum: sed tamē eius actio
3 determinat ꝑ agens particulare. 3o mō qz agens nō tāgit
ad passum: sed virtus eius. Exemplūz pmi. sicut si. a. agēs
non sufficeret agere ad c. passuz: sed bene ad b. itermediū
ꝙ in virtute ipsius a. vlterius ageret vsq; ad c. Exemplūz
secundi. sicut deus respectu istorum inferiorum. Exēpluz
tertū. sicut agens respectu passi ꝙ non tāgit corporalr̄: sed
2o distō sua virtute soluz. ¶ 2a distō. agētiū qōdā est agēs incorle.
sicut deus: ⁊ qōdā est agens corle: ⁊ tale est duplex. nam qō
dā agit actione spūali. sicut est corpus luminosum ꝙ agit
lumen in medio: ⁊ silr̄ visibile respectu visus: qōdam autē
agit actiōe mālī siue deseruiente ad corruptionem vel ad
alterationē illius in ꝙ agit tale agens. sicut est calidūz re
3o distō spectu fridi: ⁊ eꝫ. ¶ 3a distō. tactus aliquando sumit im
proprie: aliq̄ndo vō ꝓprie. improprie illa possunt se tange
re: quorum vnum est vbi est aliud saltem diffinitiue: lz nō
descriptiue. Et isto mō possumus dicere itelligentiam tangē
orbē. Sed tactus ꝓprie acceptus adhuc dicitur multipli
citer. nā qdam est q dr̄ rōne magnitudinum solum: ⁊ iste
vocat tactꝰ mathematicꝰ. Alius aūt est q nō attēdit soluz
ex parte magnitudinum. vez ēt ex pte actionis ⁊ passio
nis: ⁊ iste vocat tactus nālis. Ad tactū mathematicū req
1 runt tria. pmū est vtrūq; tāgētiū esse q̄tū. ⁊ ꝓpter hoc nō
dicimus itelligētiā tangere orbē tali tactu: qz intelligētia
2 non est magnitudo. secundo requiritur ꝙ illoꝝ que se tā
gūt vtrūq; hēat situ ⁊ locū extra aliud: ⁊ ꝓpter hoc acci
dens ⁊ subm nō dicimus se tangere: nec māz ⁊ formam:

ex eo ꝙ vnum illoruz nō est extra aliud. 3o requirit ꝙ vlti 3
ma illoꝝ sint simul: ⁊ ꝓp hoc illa inter q̄ est aliquod medi
um non dicimus se tāgere. qz vltima illoꝝ nō sunt simul.
similiter ꝓpter hoc duas medietates cōtinui non dicimus
se tāgē: qz vltima illoꝝ non sunt simul: sed sunt vnuz. Ad
tactum vō nālem requirunt ista tertia: ⁊ cum hoc ꝙ tan
gens admittat illud qō tangit ⁊ agat in ipsum.
Quantum ad 2m sit prima ꝯ talis. de agentibꝰ cor 1a ꝯ.
poralibus: nō opz ꝙ tangant illa in q̄
agunt. lz forte aliquo tactu mathematico ⁊ ꝓprie dcō.
pz hec: qz deus ⁊ inte sunt agentia in orbes: ⁊ in ista infe
riora: ⁊ non tangunt ista inferiora: lz bñ dicantur tangē or
bes metaphorice ⁊ improprie. ex quo que debēt tangere ꝓ
prie: opz ꝙ vtrunq; illorū sit magnitudo. ¶ 2a ꝯ. oē agens 2a ꝯ.
corporale in agendo actionē suā agit circa se suam actōez
orbicularit er nisi sit impedim. pz hoc de visu ꝙ existens in
medio multorum hominum: a quolibet illorum pōt vide
ri ꝙ nō eēt nisi ageret actionē suā circa se p̄dicto mō: patet
h ēt de igne: qz si aliq̄s ignis esset in medio multoꝝ hoīuz
circum circa illum sedētium qlibet illorū calefaceret se: qō
non esset nisi ꝯ esset vera. Et notanter dixi nisi sit impedi
mentum. nam qñq; agit ꝓpter difformitatem medij: ⁊ ali
quando aliter ex eo ꝙ maior est inclinatio agendi versus
vnā ptē q̄ɜ aliā. vnde ignis magis inclinatus est ad agēdū
supra q̄ɜ ad latus: ēt aliquando est impedimentum ꝓpter
figurā ipsius agētis. vz. ꝙ non est sperice figure sed q̄dra 3o cōclo.
te vel alicuius alterius. ¶ 3a ꝯ. qōlz agens requirit mediū
in quod agat. pz. h. nam ꝑ precedentem ꝯnē agens agit v
tutem suā ꝓpe. mō si ꝓpe agens esset tactuz nō esset aliqd
in qō posset recipi v̄tus ipsius agentis. ⁊ per cōsequens nō
ageret ꝓpe se. ergo si dz agere ꝓpe: reqrit mediū. ¶ Pro
ista ꝯne est hoc: ꝙ dicit Cōmē. 2. de anima. ꝙ si esset vacu T.c.cō.
um inter visibile ⁊ visum nō fieret visio ꝓpter defectū re 34.
ceptiui spēi visibilis. ¶ 4a ꝯ est ꝙ agēs agendo in distās 4o cōclo
agit aliquid in intermedium. pz: qz si agēs posset agere in
distans ab eo absq; hoc ꝙ ageret aliquid pus in interme
dium: seqtur ꝙ nō reqritur mediū ad actionē ipsius agē
tis: qō est ꝯ p̄cedētē ꝯnem: ꝯña nota est. ¶ 5a ꝯ: quodlibz 5a ꝯ.
agens corporale in agendo tangit aliqō passum i ꝙ agit.
ꝓbat. nam ꝑ tertiā ꝯnem in agēdo reqrit medium qō tā
git ipsum agēs: ⁊ ꝑ q̄rtā ꝯnē nō pōt agere inꝰ aliqō distās
nisi agat per illud intermediū. g̃ qōlibet tale agens tangit
aliquod passum. s. mediū. sibi cōtiguū: in qō opz ipm age
re si dz agere indistās. ¶ 6a ꝯ. si loquimur de tactu ꝓprie 6a ꝯ.
dicto nullum agens corporale tangit qōlibet in qō agit.
ꝓbat qz agit in aliquod distās ab ipso ex quo qōlibet agit
per aliquā distātiā: ꝙ aūt distat ab ipso nō tāgit ipm. g̃ ⁊c. 7a ꝯ.
¶ Ultima ꝯ. qōlz agens corporale tangit passum i quod
agit corpalr̄ vel sua v̄tutē. pz: qz nisi ad minus v̄tus agen
tis ꝓtēderet vsq; ad ipm passum cū adiutorio alicuiꝰ iter
medij vel sine tali adiutorio non ageret in illud. ¶ Sz di Dubiuz
cet aliq̄s ꝯ istā ꝯclonē in qua dr̄ ꝙ nihil agit in distans ni
si agat in intermediū. arguit sic. nā videmus ꝙ ignis agit
pus intensiorē gradū caloris in ferrum distans q̄ɜ agat in
aerē intermediū. ¶ Scdō videmꝰ ꝙ magnes agit in fer 2m
rum distans ab ipso attrahendo ipsum absq; hoc ꝙ agat
in aerē intermediuz ipsum attrahendo. ¶ Ad ista rñdeo Re
⁊ dico ꝙ ipa nō sunt ꝯ cōclonē. nā ꝯ nō dixit ꝙ agens cuz
agit in aliquod passum distās agat in illō idē vel oīo sibi
sile intermediū: sed dicit ꝙ nō ageret indistans nisi ageret
aliquid in intermediū. Et dico ꝙ cū ignis calefacit ferruz
distans: agit virtutem suā in aerem intermediū: sed tamen
ꝓpter aliam ⁊ aliā dispōnem passi virtus actiua in ferruz
est eductiua intensiorem calorē in ferrū q̄ɜ virtus actiua i
aerē intermediū. vñ posset esse ꝙ nulla caliditas ageret in
intermediū: ⁊ tamē caliditas ageret in extremū. vnde si ad

imaginationez vna massa cere eet inter ignem et ferrum. adhuc forte ferruz calefaceret absq3 hoc q in illa massa cere pduceret aliqua caliditas. vnde imagino: q ab igne vel ab aliquo agete multiplicat vna qlitas insensibilis q ab aliquo indifferēter est receptibilis: et p quod illud recipiens est aliter et alr dispositum: scdm hoc illa qualitas pducit in illo passo alium et alium effectum mālem seu aliā et aliam qualitatē sensibilem intēsiorem vel remissiorem.

Ad 2m ¶ Ad scdam consimiliter respondetur.

Ad rōes **Ad rationes** ¶ Ad pmā scdam et 3m dico: q ille bñ pbant q illa agētia nō tāgunt corporaliter quodlibet in qd agūt: cum hoc tamen stat q tangunt quodlibet in qd agunt eoruz virtutes prout dicit alia cōclusio. ¶ Ad quartā dico: q questio intelligit de actione et passione: qd est ab extrīseco. modo instātie posite in quarta ratione vadunt de actione et passione que est ab intrinseco. ¶ Ad quintam et sextam dico: similiter q bñ pbant nō quodlibet agēs tangē corporalr qdlibet pam in quod agit: et hoc est verum. cuz hoc tamē stat conclusio: nec rationes pbant ptrarium qn qdlibet agēs tāgat vel corpaliter vel sua virtute. ¶ Ad septimā et octauam dico: q pbant similiter q non est necesse quodlibet agens tangere quodlibet pam in quod agit corporaliter: sed tamen sic vel sua virtute etc. Qō. xv.

pm **Queritur** Utrum simile possit agē in sibi simile. ¶ Et arguit primo q sic. nā sile pōt suū simile fortificare. ergo pōt agē in ipm. pñtia tz et eo q fortificare est agē: et añs pz. nam cum similia apponūtur sibiīuicē qdlibet eorū ex hoc fortificat in sua actiōe.

2m sicut pz de duob9 calidis vel de duob9 fridis. ¶ Scdo magis calm agit in minus calm. g qd vera. añs pz. nam magis calm agit in minus calm tādiu q fuerit sibi assimilatum. pñtia tz ex eo q magis calm et minus calidu3 sunt

3m similia: ex eo q habet qualitates eiusdē spēi. ¶ Tertio organo tactus sunt qlitates tāgibiles. s. caliditas friditas etc. ergo organum tactus est simile calo et frido: et tñ qdlibet

4m eorū agit in ipm. g simile pōt agē in sibi sile. ¶ Quarto actio et passio vel est rōne similitudinis vel dissimilitudinis. si pm hētur ppositum. si scdm hoc nō: qa tunc talia agerēt in aliū. ex q sunt multum dissimilia: qd est contra

5m Arist. in lra. ¶ Quinto arguit sic. idē agit in se ipm. ergo vr qd vera: pña tz. añs pz. de anima que mouēdo corpus mouet seipsam: et similr pz de forma grauis q mouendo graue deorsum mouet seipsam: et similr pz de aq calefacta q agēdo in seipsam reducit se ad friditatē pristinam.

6m ¶ Sexto arguit sic. minus pōt agē in maius. g plus videt q eqle pōt agē in eqle. si. n. illud de quo minus videt inesse etc. añs patet in reactione: vbi minus agit in maius.

7m ¶ Septimo arguit sic. qnto actio fit magis similis agēti. tanto actio fit velocior et tāto resistētia fit minor. si ergo similitudo mouet ad velocitatē actiōis videt simile posse

8m agē in sibi sile. ¶ Octauo arguit sic. in hyeme aer congelat aquā: et p pñs iducit maiorē gradū friditatis q aqua habeat. ex quo nunq aer in hyeme est ita fridus sicut aq pgelata. tunc vltra inducit maiorē gradū frigiditatis q ipsemet habet. g inducto tanto gradu quantum hēt vlte-

9m rius agit in omnino sibi simile. ¶ Nono arguit sic. ferrum fit calidius ab igne q sit ipse ignis. g cum ignis iduxit in ferrum tm gradum caliditatis qntum ipsemet habz

10m vlterius agit in omnino sibi sile. ¶ Decimo arguit sic. nā cum ignis agit in aliqd pam pmo assilat sibi partē propinquiorē q remotiorē: sed ppinquiori assilata sufficiēter nō posset in remotiorē agere nisi agat in propinqorē: et cu3 illamet sit oino sibi silis. sequit q simile agat in oino sibi si-

11m mile. ¶ Undecimo nā capiat aliqs ignis q possit in aliqd passum agē calitatē in sūmo: et sit ille ignis a. et passus sit c. et apponat a. igni b. ignis sibi eqlis: et sit aggregatuz ex his duobus d. tūc qrit vtrum d. agat intēsiorē caliditatē in c. q egisset a. solum vel pcise eqlē. nō pōt dici q pcise eqlē. nam si eēnt duo corpora lucētia in aliquo medio eqlia. ambo simul pducerēt lumē intēsius q vnum eorum solum. g etiam d. aggregatum ex a. et b. ignibus: intensiorē pducet caliditatē in c. q faciet b. solum vel a. solum. si ergo dicatur q pducat intēsiorez caliditatē q a. vel b. solum ex quo d. nō est nisi ignis summus. Et cū a. p casum poterat ex c. gñare ignem summū. sequit q d. agit intensiorē gradum caliditatis q ipsemet habeat. et p pñs inducto tāto gradu quātum ipsemet hz vlteri9 agit in sibi sile.

12m ¶ 12° arguit sic. actio vel fit rōne similitudis et habet ppositum: vel rōne dissimilitudinis: et hoc nō. qa tunc seqt q magnes ita attraheret vnum bacculum sicut ferrum. ex quo ille bacculus est sibi similis sicut ferrum.

**In oppositum** est Arist. pmo hui9. vbi vult q ola similia: nec agant: nec patiant adinuicē. ¶ Notādum est q ista questio dz intelligi de silitudine q est qlitatiua fm quā fit actio et passio: vñ si eēnt duo alba. quorum vnuz eēt calidum et aliud fridum: ita bñ agerēt adinuicē non ob" q sint similia fm qlitates que nō sunt actiue actiōe disponēte ad corruptionē: sed qz talia essent adinuicē dissimilia fm qlitates actiuas actione disponēte ad corruptionē. T. c. 48 et 50.

¶ In ista questione. Primo ponam aliquas distictiones. Secundo conclusiōes.

p distō **Quantum** ad pmum sit pma distō. aliqd dicim9 pati dupl. vno mō tanq subm. alio mō tanq terminus a quo illius actiōis. pmuz dr pati subiectiue. scdm aūt terminatiue. vbi grā. in calefactiōe aq dicim9 aquā pati tanq subm et friditatē pati tāq termin9.

2 distō ¶ Scda distō est q de actiōe et passiōe et de agēte et passo possum9 loqi in pn9 in fine et in medio actiōis et passiōis.

3 distō ¶ Tertia distō. in alteratiōe passi ab agēte sūt 3°. vz. subiectū. terminus a quo. et terminus ad quē. sicut in calefactiōe aq: aq est sicut subm. et friditas eius sicut terminus a

4 distō quo. et caliditas iducta sicut terminus ad quē. ¶ Quarta distō. aliq dnr silia oino et ppriissime. sicut illa q sunt similia in qlitate et in gradu qlitatis. vbi grā. sicut eēnt duo summe cala: q tñ dnr silia: nō tñ oino: sic sūt illa q sunt similia in qlitate: nō tñ in gradu. sicut si vnum eēt calm vt duo: aliud vt tria: illa dnr silia in qlitate: nō tamē in gradu illius qlitatis. sicut si vnum hēret pcise tot gradus qlitatis qt aliud eiusdē qlitatis: illa dicerent similia in qlitate et in gradu. sicut si ambo hērent gradum caliditatis sicut duo vel gradum caliditatis in summo.

p 9 **Quantum** ad scdm sit pma pclo talis. in actiene terminus a quo aliqliter resistit agenti. pz: qz alr illa actio nō eēt motus successiuus. Ex ista 9ne sequit q passum est dissile agēti. s. q patit tanq terminus a quo. pz: qa qd alicui resistit est aliqualr sibi dissile. p ge. 48 et 50.

2 9 ¶ Scda 9 est q termin9 ad quē hz aliquā pueniētiaz cū agēte. pz: qa fit ab agente: sed oē qd fit: fit a sibi sili. g etc. 7. m. 31.

3 9 ¶ Tertia conclusio est: q agēs et patiēs sunt in pn9 dissimilia: et in fine aliqlr similia: nec opz q in fine sint omnino silia nec dissimilia: sed sufficit q in pn9 sint aliqualiter dissimilia in qualitate vel in gradu fm quē fit actio. vnde aliquando pptr distantiā agens nō potest omnino assimilare sibi passum: quāuis bñ in qualitate. p ge. 50.

Dubiuz ¶ Sed. d. tu qn do agens sic agēdo in passum pter distantiam non potest sibi passuz omnino assimilare: stat ne tunc illud agēs tandiu q nō agit in illud passum vel non? ¶ Dico q sic.

Rx dubitum ¶ Sed diceres tamen adhuc illud passuz est sibi dissimile. concedo: et quare ergo illud agens non tandiu agit in il

lud passum q̄ ipsum sibi assimilet. Dico q̄ non potest in
illa distantia: quāuis bene posset in distantia ꝓpinquiori.
ꝯñia ꝓbaꝫ. nam etiam nālia finaliter dirigunt actiões su
as in assimilādo sibi passa. sicut pꝫ inductiue de singulis.
4a 2 ¶ Quarta conclusio. agēs ꝛ patiēs sunt similia in gñe:
sed sunt dissimilia in spē. pꝫ: q̄ sunt ꝯtraria: ꝯtraria autē
Nōm sunt q̄ sub eodē gñe posita sunt ꝛc̄. ¶ Et notādum est q̄
hoc intelligēduꝫ est ꝫm pdi"nō subalia: sed accñtalia: seu
ꝫm denominationes accidētium ꝫm q̄ dicunꝫ agē ꝛ pati
adinuicē. vñ si ignis calidus agit in hominē frigidū hoc
est q̄ agens ꝛ patiēs hñ sunt in eodem genere ꝫm pdi"ac
cidentalia: nō tamē sunt in ita ꝓpinquo codeꝫ genere ꝫm
Nōm predi"substantialia. ¶ Et etiam notādum est q̄ cum di
cunꝫ ipa esse dissimilia in spē ꝛ dissimilia in genere. hoc opꝫ
intelligē vniuoce: vel equiuoce. vnde aliqua sunt similia
in gñe: ꝛ hoc vniuoce vt calidum agit in frigiduꝫ: aliqua
autem sunt similia in gñe equiuoce: sicut quādo sol agit
in ista inferiora ipa calefaciendo. tūc in fine agēs ꝛ patiēs
dicunꝫ similia in specie ꝛ in ꝑncipio similia in genere: sed
dissimilia in specie: ꝛ hoc equiuoce ad secundum intelle
ctum: q̄ in fine passuꝫ est tale in actu: quale erat agens in
virtute faciendo ipsum esse tale. Finaliter ergo ad hoc q̄
agens agat in passum requiritur q̄ in principio agens ꝛ
patiēs sint aliqualiter dissimilia. s. in qualitate vel gradu:
ꝛ in fine sint omnino vel aliqualiter similia.

Ad pm Ad rationes ¶ Ad ꝑmā dico: q̄ simile forti
ficat suum simile non q̄ agat ali
quid in ipm: sed q̄ ex illis duobus resultat vnuꝫ: qd̄ plus
Ad 2m pōt q̄ illa duo diuisum possent. ¶ Ad scdām dico: q̄ il
la bene ꝓbat q̄ simile agit in sibi simile: qd̄ est sibi simile
in qualitate: nō tamē in gradu. vñ si essent similia in gra
du nō agerēt in seinuicē: nō enim esset ratio: quare vnum
plus ageret q̄ aliud: ꝛ cum agēs nāle non agat: nisi ꝓpt
assimilare sibi passum in gradu. si ergo iam esset assimila
Ad 3m tum in gradu ad quid ageret? ¶ Ad tertiaꝫ dico: q̄ qua
litates tangibiles similes in gradu quolibet ipsius tactus
nō agunt in tactum: nec tactus sentiret quācunq̄: sed q̄li
tates que debēt agē in organuꝫ tactus oportet q̄ sint dis
similes in gradu quolibet ipsius tactus: ꝛ illas tactus be
Ad 4m ne percipit cum sibi debite approximanꝫ. ¶ Ad quartā
dico: q̄ actio ꝛ passio non est ratione omnimode similitu
dinis: sed est ratione similitudinis in genere ꝛ dissimilitu
dinis in specie in ꝑncipio ꝛ similitudinis in specie in fine.
Ad 5m Ex hoc patet ad arm. ¶ Ad quintam pōt negari ꝯñia. ꝛ
pōt dici q̄ actio qua forma grauis mouet seipaꝫ deorsuꝫ
est ratione dissimilitudinis. nam graue existens in aliquo
dissimile sibi cum est deorsum. Et similiter dicatur de ani
ma que mouet corpus De aqua vō calefacta: dico q̄ illa
reductio ad friditatē pristinā fit rōne dissimilitudinis. nā
illa fit ꝑ friditatē virtualē que est dissimilis caliditati acci
Ad 6m dētali extincti in aq̄ calefacta. ¶ Ad sextam q̄ tangit de
Ad 7m reactione videbiꝫ in q̄stione seq̄nti. ¶ Ad septimā negaꝫ
ꝯñia. maior ꝛ minor similitudo facit ad actionē velocio
rē ꝛ velociorē. ergo simile agit in sibi simile. nam cū conti
nue actio sit velocior donec passum factū est oino sibi simi
le agēti: tunc desinit illa actio: recte sicut cum mobile gra
ue descēdit cōtinue velocius ꝛ velocius in medio difformi
Ad 8m donec est in medio celi: ꝛ tūc gescit: ita in ꝓposito. ¶ Ad
octauū dico: q̄ hoc nō solum facit aer: sed ad hoc cōcur
Ad 9m runt cōstellationes ꝛ influētie superiores. ¶ Ad nonam
dico: q̄ ferrū calefactū nō est calidius igne: sed q̄ sentia
tur calidius igne: hoc est ꝓpter comparationē eius māe: ꝛ
Ad 10m pp raritatē māe ignis. ¶ Ad 10m dico: q̄ cum ignis assi
milat sibi partem ꝓpinquiorē. tūc vna cum illa agit in re
motiorē absq̄ hoc q̄ vlterius ꝑncipale agens agat in pꝫ
tē sibi assimulatā: q̄uuis forte mediāte illa bene agat ali
quā partē vsq̄ qd̄ partem passi nōdum sibi assimulatam:
que qdem qualitas in partem sibi assimulatam nihil ope
ratur: sed bene in partem nōdum sibi ꝑfecte assimulataꝫ.
Pro ista rōne imaginādum est q̄ spēs qualitatum cōtra
riarum nō agūt nisi reflectātur. vñ nisi sic reflecterenꝫ ille
spēs: nō fieret actio inter q̄litates contrarias: tales autem
spēs non reflecterenꝫ nisi ab illo: qd̄ est aliquo mō contra
rium illi a quo tales spēs multiplicanꝫ. ꝛ ideo cum agens
assimulauerit sibi partē propinquam passi: lꝫ agēs adhuc
multiplicet suas spēs ꝑ illam partem. Tamē agens non
amplius agit in ipsam pro tanto: q̄ spēs ab ipso multipli
cate ꝑ illā partē sic ei assimulatā nō reflectunꝫ ab ea: cum
illa nō sit amplius agēti contraria: ꝛ tamen sine tali refle
Ad 11m xione spērum nō fit talis actio. vt dictū est. ¶ Ad vndeci
mā dico q̄. d. nō agit i ꝓteriorē graduꝫ q̄ egisset a. soluꝫ:
sed hñ citius. Et quādo dr̄ de corporibus lucidis. Dico q̄
aliud est de illis agentibus que non possunt sibi assimila
re passa. sicut sunt luminosa: ꝛ aliter de illis que possunt.
sicut sunt illa que agunt mediātibus qualitatibus ꝑmis.
vnde illa agentia q̄ non sufficiūt sibi assimilare passa duo
bene producunt inten'"m effectum q̄ vnum eorum solū.
sicut duo luminosa: sed in casu quo possunt sibi passa assi
milare: nō ambo ꝓducunt inten'"m effectum q̄ vnum eo
Ad 12m rum solum. ¶ Ad vltimam dico: q̄ actio nō fit solum ꝓ
pter dissimilitudinē: sed ꝓpter debitam dissimilitudinem
cum debita dispōne passi.

Qō. xvj.

Queritur Utrum omne agens in agē
do repatiaꝫ. ¶ Et arguitur pm
ꝑmo q̄ nō. nam celum agit in ista inferiora:
ꝛ tamē nō repatitur ab eis ex eo q̄ celum est
impassibile. ergo ꝛc̄. ¶ Secundo arguiꝫ sic. 2m
medicus sua arte agit in corpus ipsum sanādo absq̄ hoc
q̄ repatiatur ab eodem. ergo non omne quod agit in ali
quod repatiꝫ ab eo in quod agit. ¶ Tertio arguitur sic. 3m
sensibile agit in sensum. sicut color in visuꝫ: ꝛ similiter in
tellectuale in intellectuꝫ absq̄ hoc q̄ sensus reagat in sen
sibile: ꝛ similiter intellectus in intele. ergo questio falsa.
¶ Quarto arguiꝫ sic. nam sor. pōt verberare platonem 4m
absq̄ hoc q̄ reuerberetur. ergo ꝛc̄. totuꝫ est certum de se.
¶ Quinto. in materiā ꝑmā fit actio: ꝛ tamen cum mate 5m
ria ꝑma nullius sit accidentis ipa nō reagit: ꝛ ꝑ conseq̄ns
nō in omni actione fit reactio. ¶ Sexto arguiꝫ sic. In au 6m
gmētatione illud qd̄ augmētat nō reagit. ergo in altera
tione nō opꝫ q̄ illud qd̄ alterat realtereꝫ. cōseq̄ntia videꝫ
tenere a simili. antecedens pꝫ. nā in augmentatione cibus
adueniēs augmētat ꝛ nō augmētaꝫ. ¶ Septimo arguiꝫ 7m
sic. in motu locali illud qd̄ mouet nō remoueꝫ. ergo nō in
omni actione agēs repatiꝫ. conseq̄ntia tenet de se: ex quo 8. ph. 86.
motus localis est q̄dam actio: ꝛ antecedens similiꝫ. nam
ꝑmus motor mouet absq̄ hoc q̄ remoueaꝫ. ¶ Octauo 8m
arguitur sic. nā possibile est q̄ aliquādo actio ipsius agē
tis ꝓtēdatur remotius q̄ possit actio ipsius passi: ꝛ quan
do sic est: tunc agēs ꝛ patiens possunt sic situari: q̄ agens
nō repatitur. verbi grā. sit vnum calm: cuius actio possit
protēdi ad distantiā trium pedum: ꝛ sit vnum frigiduꝫ:
cuius actio nō pōt protēdi nisi ad distātiam vnius pedis.
situenꝫ ḡ ista sic: q̄ distent abinuicē ꝑ duos pedes. tunc ca
lidum agit in fridum. ex quo actio eius potest ꝓtēdi vsq̄
ad ipm: sed fridum nō aget in calidum: ex eo q̄ actio ipsi
us fridi nō pōt protēdi vsq̄ ad calidum. ¶ Nono argui 9m
tur sic. sequiꝫ q̄ idem esset nobilius ꝛ ignobilius respectu
eiusdē: esset eniꝫ nobilius eo in qd̄ ageret: ꝛ eēt ignobilius
eodē: q̄ ab eo repatiꝫ. ¶ Ultimo arguiꝫ sic. sequiꝫ q̄ idē 3. a. 19.
esset in actu ꝛ in potētia respectu eiusdem: sed hoc est fal 10m
sum: ꝛ consequentia tenet: quia esset in actu respectu eius
in quod ageret: ꝛ esset in potentia respectu eiusdem: quia

repatitur ab eodem. ergo etc.

T.c.87. **In oppositum** est Aristo. vbi dicit ꝙ agens in agēdo repatitur: et cū in scientijs demōstratiuis ꝓpositiones indefinite debeāt equalere
vniuersalibus: videtur ꝙ voluerit dicere ꝙ omne agens in
Nōndū agendo repatitur. ¶ Notādum est ꝙ hoc debz intelligi de actione que est inter contraria: que quidem actio est corruptiua alicuius contrarij illius in quod agit: vel disponentis ad corruptionem alicuius talis. Et per hoc respondet prime scōe tertie q̄rte q̄nte sexte et septime rationibus.

**In ista questione** Primo ponam vnicam conclusionē. Scōo mo uebo dubia ꝯ eam. Tertio tangā sex modos saluandi reactionem. quorum vltimum approbabo tanq̄ veriorem. Quarto soluam illa dubia mota contra conclusionem.

p^a 2^e **Quantum** ad pmum pono talem conclusionem ꝙ reactio passi in agens est possibilis:
p^o ꝓbatur pmo experiētijs scōo rationibus. pmo sic. nam videmus ꝙ cū ferrū ignitū pijcitur in aquā fridā agit in aquaz ipsam cale^do: et econuerso: aqua agit in ferrum ipm frige
2^o faciēdo: et eius caliditatē remittēdo: ecce reactionem. 2^o nam experimur ꝙ lapis frigidus acceptus ad manū calidam aliqualiter calefit a manu et manus frigefit a lapi
3^o de: quod nō eēt nisi mutuo in seinuicē agerent. 3^o arguitur sic. nā cibus receptus in corpore alterat corpus: et econuerso alteratur a corpore: ꝙ iterū nō eēt nisi reactio eēt pos
4^o sibilis. 4^o arguitur sic. nā videmus ꝙ aqua calida et aq̄ frigida si simul infundit in vnum vas fit aqua tepida: ꝙ non eēt nisi caliditas aque calide remitteret frigiditatem aque frigide: et econuerso remitteretur ab eadem: cū ergo sic mutuo se reducant ad quoddam me^m tempera^m videtur ꝙ fiat actio mutua aquarum adinuicem.

p^m **Nunc probatur** ratiōe. nam si reactio non esset possibilis. sequitur ꝙ ex duobus elemētis per eorū actionē et passionē adinuicē non posset 3^m generari: sed hoc est falsum: et ꝯntia pz. naz capiantur duo elemēta contraria. sicut ignis et aqua: et approximentur adinuicem: vel ergo vnum istorum ageret aliquid in reliquū absqz hoc ꝙ repatiatur ab eo: vel repatietur ab eo. si dicitur 2^m habetur propositum. si vo dr pmū. tunc illud elemētum ꝙ agit conuertet reliquū in suam nāum: et
2^m sic fit et bñ gñatio vnius elemēti ex reliquo: sed non gñatio alicuius elemēti tertij dis^m spē ab vtroqz. ¶ Scōo arguitur sic. naz nisi reactio esset possibilis. sequitur ꝙ perfecta
pge. 89. et 90. mixtio non esset possibilis: ꝙ Aristo. reputat falsum. probatur consequentia. nam exquo nō fieret reactio per actionez elementi agētis fieret conuersio passi in agēs. modo talis conuersio non est mixtio sed generatio vnius elementi ex alio. vnde ad perfectam mixtionez requiritur ꝙ mixtibilia mutuo se reducant ad vnum temperamētum mediuz: ꝙ non posset fieri sine reactione seu sine actione mutua.

p^m dub^m **Quantum** ad 2^m articulum dubitatur. nam si questio esset vera. sequitur ꝙ a ꝓportiōe minoris ineq̄litatis fieret actio: sed hoc est falsum. nā in omni actiōe opz po^{am} agētis seu mouētis excedē po^{am} rei mote. hoc. n. sumitur ab Arist. et Cōmēta. et tāq̄ ꝓ pri^o ꝓbatur
4——2 ꝯña. nā capiatur aliqō agēs: cui^o ꝓportio sit vt quatuor: et applicetur alicui passo ꝙ sit sicut duo. tunc si illud passuz reagit in illud agēs: tūc minus agit in maius: et per conse
2^m du^m quēs actio fit a ꝓportione minoris ineq̄litatis. ¶ Scōo sequitur ꝙ eq̄le posset agere in equale: et per consequēs simile in sibi simile: qō est cōtra dicta in alia q̄ne. ꝓbatur ꝯsequentia. captis duobus cōtrarijs equalibus adinuicē
3^m du^m applicatis. ¶ Tertio. sequitur ꝙ idem simul calefaceret et frigefaceret: sed hoc est impossibile: qz impossibile est idez moueri motibus contrarijs. probatur ꝯña. nam capiatur aliqō agens ꝙ sit a. cuius pars ꝓpinquior passo sit c. et sit passum b. tunc si a. repatitur a b. hoc est fm partem c. propingorē b. passo. Sit g̃ a. calidū et b. frigidū. tūc q̄ cito b. remitteret caliditatē ipsius c. partis. tam cito c. pars esset dissimilis in gradu residuo agēti: sed q̄to cito erit sibi dissimilis tā cito residuum a. qō est ꝯiūctū ipsi c. calefaceret c. Et ita simul c. pars a. agētis frigefit et calefit: qō erat ꝓbandum. ¶ 4^o si reactio eēt possi. sequitur ꝙ nunq̄ agens posset sibi assimilare passuz: sed hoc est falsum: et falsitas pz. nam sepe ignis agens in aquaz ipsam sibi assimilat faciendo ex ea ignē. Et ꝓbatur ꝯntia. nam sit a. vnum calm in summo: et sit b. vnum frigidum: et tunc si a. agēdo i b. repatitur a b. sequitur ꝙ statim a. desinit esse in summo: et cū nihil agat vltra gradum ꝓpriuz. seqtur ꝙ amplius a. nō agit in b. gradum summū caliditatis: et ꝑ ꝯñs a. summus nō pōt sibi assimilare b. etc. Et idē arguitur de quocūqz alio
Du^m 5^m sigto in aliquo certo gradu alicui^o certe qualitatis. ¶ 5^o sequitur ꝙ dato aliquo passo ipm ad quātācūqz distantiā posset agē. modo hoc est falsuz. vt pz de se. ꝓbatur ꝯntia. nam sit aliqō passum frigidum sicut duo: et sit b. Et applicetur sibi aliqō calidum: sicut quatuor in aliqua distantia: puta pedali. tunc b. reagit in a. exquo a. agit in b. et si in oi actione fit reactio. sit ergo vnum aliud calidū ꝙ ꝑ duplā distātiā posset agē ad distantiam ꝑ quam posset agē a. et sit c. et applicetur b. passo per duplam distātiam ad distantiā inter a. et b. tunc c. agit in b. et si semp fit reactio econuerso b. reagit in d. et sic per intensionē agentis cōtinue maiorē et maiorem: et remotionē eius a passo continue maiorē et maiorem ꝓbabitur passum aliqō datum per quātācunqz distantiam posse agere: si semper in omni actione fiat reactio.
Du^m 6^m ¶ Sexto arguitur sic. sit aliqō agens vniforme per totum applicatū alicui passo. tunc clarum est ꝙ illud passuz nō pōt reagē in totum agēs sincathego^{ce}: ita ꝙ reagat in q̄libet partē ipsius agētis. g̃ si reagit: hoc est in aliquā partem ipsius agētis solum: sed ꝓbo ꝙ nō. nam exquo illud agens ponitur vniforme per totum: nō est maior ratio: q̄re plus reagit in vnam partem q̄ in aliam.

p^o opis **Quantum** ad tertium sciendum est ꝙ aliq dixerunt reactionē bñ eē posse: et cōcesserunt minus posse agē in maius in motu alterationis. Et dixerūt eē posse in alteratiōe motu fieri a ꝓportione minoris ineq̄litatis: quāuis hoc bene sit impossibile in motu locali: et ꝓpter hoc in motu locali dixerūt nō posse fieri reactionez.
7. phy. c. 35. i finē ¶ Sed breuiter hoc nō valz. nam Arist. et Cōmenta. statuerunt pro pncipio ꝙ in omni motu locali: et etiā alterationis po^{am} motoris excedē po^{am} rei mote. ergo nō potest dici ꝙ in motu alterationis actio ꝓueniat a ꝓportione mi
2^m noris ineq̄litatis. ¶ Scōo nā si sic. tūc nō vr penes qd tā q̄ penes cām deberet attēdi velocitas et tarditas in motu alterationis. exquo nō bērent attēdi penes ꝓportionē minoris ineq̄litatis agētis ad passum. sicut in alijs motibus.
3^m ¶ Tertio sequitur ꝙ essent due alterationes eiusdē spēi: et tamē vna earū absqz ꝓportiōe excederet aliam in velocitate: que quidem alterationes velociores vel tardiores sūt. ꝯña est falsum: et falsitas pz ex eo quia duo finita eiusdē spēi nō sunt talr adinuicē cōparabilia. ꝯntia ꝓbatur. naz capiātur duo agētia a. et b. et duo passa c. et d. et hēant c. ad a. ꝓportionē inequalitatis: et d. et b. ꝓportionē eq̄litatis: tunc ꝑ aduersariuz c. reagit in a. aliqua certa velocitate. et similiter d. in b. sed probo ꝙ huiusmodi velocitates absqz proportione aliqua habeant se adinuicem. nam taliter se habēt adinuicem: qualiter se habent proportiones quas consequuntur. vna est ꝓportio eq̄litatis. s. quā consequitur velocitas alterationis d. in b. et alia est proportio minoris ineq̄litatis

| | | | |
|---|---|---|---|
| 6 | A | B | 6 |
| 3 | C | D | 6 |

scilz quā consequit velocitas alteratiōis c. in a. sed modo pportio equalitatis & pportio minoris inequalitatis nullam habent pportionem adinuicē. vna. n. nō est alteri maior minor: nec equalis. ¶ Sed forte isti dicerēt q minus non agit in maius: sed bene reagit insensibiliter: & reagere nō esset agere. Sed breuiter hoc nō valz. nam sequit. reagit ergo agit. ergo si capiātur duo cōtraria equalia virtu- q3 eorum aget in reliquum: sed nō est ratio: quare vnum eorum agit & alterum reagit: q̄3 econuerso. ergo non valz dicē reactionem posse fieri a pportione minoris inequalitas vel a pportiōe equalitatis & nō actionē. ¶ Scđa opi-

2ª opio nio est q cum agens applicatur passo: ex quo aliqua pars ipsius agentis est debilior q̄3 sit ipm passum. illa repatit a passo: & hoc est adhuc a pportiōe maioris inequalitatis: ita q ista opinio vult q agens bene repatit a passo: nō s3 totum sincathe: sed sm aliquā eius partem super quam

C 2ª op. passum h3 pportionē maioris inequalitatis. ¶ Sed breuiter hoc nō valz. nā in mixtiōe & in generatiōe: qua generat ex duobus elemētis elemētum 3ᵐ dicitur ab eis spē totū agit in totum: & totum reagit in totuz sincathegoreumatice: & nō solum in vnam eius partem: ergo ista opinio nō valet. cōsequentia t3. ans p3. nam aliter nō fiet perfecta mixtio: nec ex duobus elemētis posset 3ᵐ generari. sicut prius arguebat.

2ᵐ ¶ Secundo arguit sic: qa actio & velocitas est sm totaz virtutem agētis & totam virtutem passi. ergo videt q totum agat in totum & repatiat. ex quo actio & velocitas attendit penes pportionē agentis ad partē passi vel ad ptē

3ᵐ agentis. ¶ Tertio sequit q semp eēt reactio quādo agēs & passum adinuicē essent approximata: & hoc est falsum. vt apparebit cum ponent tria impedimēta reactiōis. cōsequētia pbat: qa ex quo quātūcūq3 agens & passum sint approximata semper passum super aliquā partē agentis obtinet: deberet fieri actio passi in illaz partem: & per ↄ̄ns

3ª opio semper reactio. si opinio esset vera. ¶ Tertia opio est: q in omni actione agēs repatit: sed hoc nō est a passo: sed a circūstante ppinquo: qd est aer: vel remoto: qd est celum. Et isti negant reactionē: quāuis cōcedant in omni actiōe

C 3ᵐ op. agēs pati. ¶ Sed ista opinio nō valz. nam ad sensum ap-

2ᵐ paret q cum ignis pijcit ad aquam eandem aquā calefacit que ipm extinguit. ¶ Scđo celum ita influit passo sicut agēti. g quātum est ex parte celi: ita passuz patit sicut agens. ergo non pp̄ter hanc passionez que est actio: vel a circunstāte propinquo debet dici agens repati in agendo. ¶ Quarta opinio dicit q agēs in agēdo repatit. i. fatiga-

4ª opio tur: aliter nō cōcedit repassionē. vñ si repati capiatur pro

p. ge. 87 fatigari bñ cōcedit: & ita exponit dcm̄ Ari. cōcedit q om-

C 4ª op. ne agens in agendo repatit. i. fatigat. ¶ Sed cōtra. omnis fatigatio est per vnam actionē & passionem. ergo non

2ᵐ quando aliqs fatigat repatit. ¶ Scđo. nam in actione cōtrariorum videmus vtrūq3 eorū remitti: & hoc nō esset nisi qōlib3 eorum vere diminueret & remitteret. ¶ Quin-

5ª opio ta opinio imaginat q nulla qualitas actiua est i aliquo subiecto sine q̄litate passiua: & ideo natura sic ordinauit q caliditas que est q̄litas magis actiua q̄3 sit friditas stet cum siccitate que est minoris actiuitas q̄3 sit humiditas que stat cum friditate. Et sic ista opio imaginatur q cuz ignis applicat aque ignis agit in aquā p eius caliditatez: & ecōuerso aqua agit in ignē sm eius humiditatem: & adhuc est vtrobiq3 pportio maioris inequalitatis: caliditas. eniz ipsius ignis excedit friditatē ipsiº aque: & humiditas ipsius aque excedit siccitatē ipsius ignis. ¶ Sed ista opi-

C 5ª op. nio adhuc nō sufficit. nam si sic sequit q iter elemēta habētia simbolum: sicut sunt ignis & terra: nō fieret reactio: consequentia t3 ex eo q vtrūq3 eoz est sicci. ergo solū ibi sm duas qualitates fit actio & passio. s. per frigiditatem & caliditatez: & sic sequit q si fiat ibi reactio q minus agit in maius: nisi alr dicat q adhuc dictum sit. ¶ Scđo seq- 2ᵐ

tur q non quādiu durarēt actio eēt reactio: imo valde cito desineret reactio. probatur consequentia: quia si ignis agit in aquā actio caliditatis in frigiditatē est velocior q̄3 actio humiditatis in siccitatē. ergo cum corruptione humiditatis sequtur corruptio frigiditatis. sequtur statī q humiditas erit debilior siccitate: & sic nō vlterius fit reactio.

¶ Tertio sequtur q quādo caliditas & frigiditas eēnt equales: & silr humiditas & siccitas non fieret reactio. consequentia t3 sm istā opio. sed falsitas consequētis pbat. adhuc alique illarū q̄litatum sunt maioris actiuitatis & minoris resistentie. ergo sm hoc adhuc posset fieri actio & reactio. 3ᵐ

¶ Sexta opio est quā reputo esse veriorem. ¶ Pro qua 6ª opio

supponit pmo q sicut nō est idem scribē & loq: quāuis bene sit idem scribēs & loqns: ita nō est idem agē & pati. similiter posse agē & posse resistē: quāuis bñ sit idē agens & pa- pª suppo

tiēs: potens agē & potēs resistē. ¶ Scđa suppositio est q aliq q̄litates sunt magne actiuitatis & modice resistentie. sicut est caliditas. Alique autem bñ sunt aliqualiter magne actiuitatis & maiorꝫ resistētie q̄3 sit caliditas sicut est frigiditas. ambe enim dicunt magne actiuitatis in comparatione q̄3 sit humiditas & siccitas & moʳⁱˢ resistentie in comparatione q̄3 sint ille: sed simpliciter comparādo caliditas est maioris actiuitatis q̄3 sit friditas & est minoris resistentie q̄3 sit actiuites friditatis. similr friditas est minoris resistētie q̄3 sit actiuitas caliditatis. Secūdum hoc ergo pōt dici q in approximatiōe calidi ad frigidū fit actio & reactio. vñ caliditas agit in friditatē: qa calitas est magis actiua q̄3 friditas sit resiªᵃ: & ecōuerso friditas agit in calitatem: qa calitas minus est resistitiua q̄3 frigiditas sit actiua: qa vtrobiq3 est actio a pportiōe maioris inequalitatis. vñ in tali actiōe & reactiōe nō d3 dici q actio pueniat a caliditate ad friditatē: vel econuerso: sed d3 dici q actio caliditatis in frigiditatem attenditur penes posse agē frigiditatis ad posse resistere caliditatis: que est pportio maioris ineq̄litatis: ita breuiter q actio non d3 attendi penes pportionem huius ad illud: sed bene penes posse vniº ad posse resistē alterius. Sic ergo potest saluari reactio ita q in omni actione: intelligendo de actione q fit cum cōtrarietate fit reactio: amotis tamē tribus impedimentis. Unde in tribus casibus nō fit reactio. ¶ Quorū pmus est. 2ª suppo

si resistētia ipsius agētꝫ eēt maior q̄3 actiuitas ipsiº passi. pᵐ

¶ Ex hoc sequit q cum ignis agit in aquam: tunc anteq̄3 aq̄ sit omnino assimilata igni desinit reactio aq̄ in ignez. vñ actiuitas ipsius aq̄ tādiu remittit intantū q est maior q̄3 sit resistentia ipsius ignis. vnde resistentia ignis non est indiªˡᵉ: sed coexistit in latitudine intēsionis: & propter hoc añ corruptionē aque: actiuitas aq̄ fit remisˢⁱᵒʳ q̄3 resiªᵃ ignis: & tūc desinit reactio: q̄3uis adhuc velocior fiat actio ignis in aquam: ad hoc q aqua fiat perfecte assimilata igni. 2ᵐ

¶ Scđs casus est in quo non fit reactio quādo aliquod agēs tm̄ distans est a passo q agens pōt ptendē virtutez & actionē suam vsq3 ad passum: sed passum nō econuerso pōt ptendere virtutem & actionem suam vsq3 ad agens: & tunc etiā nō fit reactio. ¶ Ex hoc soluitur sexta ratio posita ante oppositum: & cū hoc 5ᵐ dubiū contra questionē.

¶ Tertiº casus est si aliquod agēs iuuaret tm̄ ab aliquo extrinseco q eius resistētia cū illo adiutorio recompensaret actiuitati ipsius passi. tunc iterum non fieret actio. 3ᵐ

Quantum ad quartū articulū restat soluere dubia contra ↄclusionē. ¶ Ad pmū p3 per iam dicta. ¶ Ad scđm qñ dr. seqt &c. negat consequētia. ad pbōnem: quando dr. ex quo c. pars est similis resiªᵃ. a. agentis quod est sibi simile resiᵐ non aget in ipsaz aliq̄3 caliditatam: sed ipm passum imediate post approximationis aget in ipsam frigiditatē: & cum facilius est pñᵗᵉ motū Ad pᵐ Ad 2ᵐ

incipere.sequit ꝙ tēpus labet anteꝗ̄ resi^m agat in.c.partē
caliditatis. Ex quo sequitur ꝙ nō simul frigescit ⁊ calescit.ꝑ
tes enim frigescit a passo:⁊ tūc nō calescit: ⁊ postea calescit a
residuo ⁊ tūc nō frigescit a passo:vel posset dici ꝙ imedia
te post instās approximatiōis frigescit ⁊ calescit:⁊ tamē ne
gatur.ergo simul calescit ⁊ frigescit:qꝛ ꝗ̄uis imediate post
hoc frigescat ⁊ calescat:tamen imediatius post hoc frige
sciet ꝗ̄ calesciet. Et si arguit̄.ergo ꝑus frigescit ꝗ̄ calescit.ne
gatur consequētia ex eo ꝙ arguit̄ a termino stante cōfu
Ad 3^m. se tm̄ ad eundē stantem determinate. ¶ Ad tertium dico
negādo ꝙ simul idē medium calefiat ⁊ frigefiat.vn̄ cum
calm̄ ⁊ fridum approximātur adinuicem:tūc calm̄ calefa
cit illud medium vsqȝ ad aliquā partē: ⁊ fridum frigefa
cit illud vsqȝ ad aliā.tunc ille partes medij agunt ⁊ pati
tur adinuicem reducēdo se ad aliquod temperamētuȝ me
dium in virtute agētis calidi remittit fridum in frigidita
tem.in virtutis agētis fridi remittit calidum in calitatē.
Ad 4^m. ¶ Ad quartā quādo dicit̄ sequit̄ ⁊c̄.negat̄ ꝯseq̄ntia.pro
quo imaginādum est ꝙ actio ipsius agentis ꝑncipalis est
velocior ꝗ̄ sit reactio: ⁊ sic anteꝗ̄ fiat assimilatio passi de
finit reactio: ⁊ tūc agēs ꝑncipale reducit se ad gradū ꝑsti
num.sicut aqua calefacta calefaciente amoto reducit se
ad friditatem ꝑstinam. Ex ista imaginatione pȝ faciliter
qualr̄ non obstāte reactiōe adhuc calm̄ in summo pōt as
similare passuȝ postꝗ̄ reactio nō durat ꝑ totū tp̄s actōis.
Ad 5^m. ¶ Ad quintam pȝ ex dictis. ¶ Ad sextā dico:ꝙ quāuis
Ad 6^m. agēs sit vniforme:tamē adhuc pōt fieri reactio in vnā ꝑ
tē ⁊ nō in aliā:puta in illam que est ꝑpinquior agēti ⁊ nō
in aliam que est remotior. ¶ Ad ratiōes dico ꝙ ꝑme sex
Ad 7^m ex dictis superius sunt solute. ¶ Ad septimā dico ꝙ dissi
ad opp^m mile est in motu locali ⁊ in alteratione: qꝛ in motu locali
motum est tāte resis^e quāte est motor potētie: propter hoc
ibi nō fit reactio.sic autē nō est in motu alteratiōis.ꝗ ⁊c̄.
Ad 8^m ¶ Ad octauam patet ex dictis. ¶ Ad nonam ⁊ decimā
Ad 9^m. dico ꝙ caliditas quo ad posse agere est nobilior frigidita
⁊ 10^m. te:⁊ est in actu: sed quo ad posse resistere respectu actiuita
tis frigiditatis est in potentia ⁊ ignobilior ⁊c̄.non ꝑm idē
est nobilior ⁊ ignobilior in actu ⁊ in pōa.ex ꝗ̄ est respectu
posse agē ⁊ posse resistē:sicut ꝑus dcm̄ est. Q. xvij.

Queritur Utrum indiuisibile possit al
1^m terari. ¶ Et arguitur ꝑmo
ꝙ sic.nam intellectus est idiuisibilis: ⁊ tamē
2^m potest alterari.ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo arguitur
sic.indiuisibile si esset posset moueri localiter.
ergo etiam indiuisibile si eēt posset alterari. consequentia
tȝ:qꝛ non minus videt̄ posse alterari ꝗ̄ posse moueri loca
liter.añs pȝ.nam indiuisibile si eēt esset in aliquo cōtinuo
localiter mobili:sed illo moto idiuisibile moueret̄.ex quo
4.ph.20 motis nobis mouent̄ omnia que in nobis sunt.siꝉr moto
3^m. vno alio mouent̄ omnia que in illo sunt. ¶ Tertio super
ficies est qōdā indiuisibile.est enī indiuisibilis ꝑm ꝑfundi
tatē:sed illa pōt alterari.ꝗ ⁊c̄.ꝯsītia tȝ ex eo ꝙ ipsa existēs
4^m. alba pōt fieri nigra. ¶ Quarto indiuisibile pōt esse qua
le q̄litate ꝑm quā fit alteratio.ꝗ superficies potest altera
ri.ꝯsītia tenet.añs ꝑbat̄.nam cum aliqō densum videtur:
videt̄ solum supficies ⁊ nō alique partes in ꝑfundo: cuȝ
nihil videat̄ nisi sit lucidum vel coloratum.sequit̄ ergo su
perficiem esse lucidā vel coloratam:⁊ per consequēs ipsaȝ
5^m esse qualē mō ꝑdicto. ¶ Quinto nisi punctus esset q̄lis
⁊ alterabilis:sequit̄ ꝙ nihil esset vniformiter quale.ꝑba
tur ꝯsīa:ex eo ꝙ vniformiter quale sicut vniformiter cali
dum dr̄ cuius quelibet punctus est calidus cum alio mō
nō eēt aliqō tale:si punctus non esset q̄lis:nec alterabilis.
6^m ¶ Sexto nam sicut dīt perspe^{ua} in aliquo pūcto spe^{li} cō
caui ꝯgregant̄ radij solares reflexi a spe^o concauo ꝗ qdeȝ
